putemus: nec pluris facultatem q̄ fratrem faciamus:

expectantes mercedē retributionis eterne. hec Chryſ.
*Sapiētia dando creſcit.*
Et nō ſolum de elemoſynis hoc intelligendū eſt: ſed et
de pecunia que nunq̄ deficit. i. de ſapiētia et doctrina
que nō eſt petenti denegāda. quoniā auaꝝ dedignatur
poſſeſſorē: et in alios trāſlata creſcit: et magis ditat au-
ctorē. Ergo petenti eam pro deo diſtribuas: et volenti
eam mutuari a te: vt alios doceat: ne auertaris: qꝛ quod
alios pter te docebit: tibi reddetur a deo: cū fenore mul
to. Vtraq; ergo pecunia ſcʒ corporalis ⁊ ſpiritualis eſt
cōmodanda: ſed materialis ſine vſura: ſpiritualis cum
vſura. ¶ Deinde ſequitur. [Et qui aufert tibi q̄ tua ſunt]
ſiue pecuniā / ſiue rē aliam [ne repetas] ſcʒ i iudicio / ac
cū lite et cōtentione. Nō enim licet alicui rem in iudicio
repetere turbato animo / ⁊ ex ira ⁊ cōmotione / ac per in-
ordinatū affectū vindicte potiꝰ q̄ ad emendā delinquē
tis. vel ex auaricia qua magis vult cū iactura ꝓximi be
ne ſe habere. Et quia docuit dñs iniuriā inferentibꝰ nō
eſſe reſiſtendū: ſed plura pferenda eſſe paratū: cōſequen
ter docet iniuriā inferentibꝰ impendendū eſſe charita-
tis effectum ſimul et affectū. Quia enim opera iuſtitie
infructuoſa ſūt ſine charitate: ideo addit de charitatis
perfectione. et dat intellectū pcepti de dilectione ꝓxi-
mi: in quo errabant iudei. Ex hoc eni q pceptū eſt in le-
ge. Diliges ꝓximū tuū ſicut te ipm. et iterū ibidē dicit.
diliges amicū tuū. arguebant a contrario ſenſu q debe
bant odire inimicū: ſed hoc eſt falſuʒ: quia oīs homo ex
charitate diligēdus eſt / inquantū ad imaginē dei eſt / ⁊
capax ipſiꝰ p cognitionē et amorē. Dicit ergo. Audiſtis
quia dictū eſt in lege. Dilige proximū tuū: et affectu ſic
litigat oēs: et effectu ſic ligat perfectos pro loco ⁊ tpe:
et oderis inimicū tuū: ſed hoc vltimū nō eſt ſcriptū in le
ge: ſed eſt traditio ſcribarū qui hoc addebant / et ex alijs
ſcriptis ibidē (vt dictū eſt) colligebant. Vel ſi alicubi
*Auguſti. Diligēdi inimici.*
ſcriptū dicat. tūc ſm Aug. Non vox iubentis iuſto acci
piēda eſt: ſed pmittētis infirmo: ego aūt dico vobis. Di-
ligite ſcʒ affectu: inimicos veſtros: hoīes ſcʒ nō vitia /
naturā nō culpā. Quia ſm Aug. Sic diligendi ſunt ho-
mines: vt eoꝝ nō diligant errores. Diligere debemꝰ ini
micos / bona gr̄e et gl̄ie eis optādo: quibꝰ homo nō pōt
vti male: alia vero bona ſcʒ nature vel fortune: nō ſūt eis
optanda: niſi quadā generalitate inquātū valet ad ſalu-
tem eorū: quod ſoli deo eſt notū: quia talibus bonis po-
teſt homo bene vti vel male: et ideo circa hec nō eſt ali-
quid petēdū determinate. ¶ Et nota q diligere amicū
eſt magis debitū: ⁊ nō excludit dñs a dilectiōe amicoꝝ
mercedē: ſʒ innuit minorē. qꝛ ceteris paribꝰ dilectio ini
micorū eſt magis meritoria q̄ amicorū: qꝛ difficilior ⁊
cū maiori conatu bone volūtatis: quia purior et ex mo-
tu gratie nō nature inclinātis: quia liberalior nō ex de-
bito meriti precedētis. Et quia nō ſufficit diligere cor-
de niſi dilectio probet operis exhibitione: adminꝰ loco
⁊ tēpore ſubdit benefacite: ſcʒ effectu: his q̄ oderūt vos:
in his que ſpectāt ad eorū ſalutē / eā modo debito ⁊ poſ-
ſibili procurādo: quia benefacere eſt dilectiōis effectꝰ
et exhibitio. Et ideo ſicut tenemur diligere inimicos /
quantū ad bona gratie et glorie / ita tenemur in effectu
ſalutē eorū procurare. Inimicus ergo quo ad naturā
qua ē proximꝰ de neceſſitate precepti eſt generali dile-
ctione diligendus: qua dicitur. diliges proximū tuū: ſʒ
dilectione ſpeciali / vt ſpecialiter quis moueatur ad di-
ligendū inimicū: non eſt precepti: ſed perfectionis. Nō
eni eſt preceptū ad oēs ſpecialiter affici: quia nec hoc ē
poſſibile / et ideo nec eſt pceptū ſpecialiter affici ad ini-
micum: ſed generaliter inquantum eſt homo proximus.
Et quia exteriora beneficia ꝓportionātur interiori di-
*Signa dilectionis gñalis.*
lectioni: ſigna generalis dilectionis: vt aliqđ bonū face
re toti cōmunitati: vel orare pro toto populo in commu
ni: iſta exhibere inimicis: cum ab his que ſunt generali
ter exhibēda non debeant excludi: eſt de neceſſitate pre
cepti: quia ſi ab his intenderet homo eos excludere: iā
generaliter dilectio non ferretur / immo magis odium
oſtenderetur. Et qꝛ ex tempore extreme neceſſitatis ob
ligatur homo omī hoī in tali neceſſitate exiſtenti: ideo
etiā inimico (niſi ex hoc deterior fieret: et fidem impu-
gnaret) debet in tali neceſſitate beneficiū exhiberi: be-
neficia vero que ſunt ſigna dilectionis ſpecialis non
tenetur inimico exhibere extra caſum neceſſitatis: ſed
hoc eſt perfectionis. Dilectio ergo alia interior. alia



*Mat. vj. Dilectio duplex*
exterior. Dilectione interiori: ⁊ pfectiōe ſufficiētie: q̄li-
bet etiā impfectꝰ tenet quēlibet etiā inimicū diligere:
dilectione aūt exteriori. i. bñficij exhibitiōe et pfectiōe
ſupgogatiōis: tenet tm̄ pfectꝰ hoc facere: impfectꝰ eni
tenet inimico rācorē odij dimittere / ⁊ bonū optare: ſiue
petierit veniā / ſiue nō: ⁊ ſi petierit veniā / tenet ei collo-
qui ⁊ dicere Aue: ſed nō tenet bñficia tpalia miniſtrare.
Perfectꝰ aūt tenet etiā pſidia tpalia cōferre / et neceſſa
ria miniſtrare: ſiue ab eo veniam petierit: ſiue non. Qꝛ ſi
inimicū a cōmunione nr̄a ſepamꝰ: corp̄o ei bñfacimus /
dū illud hoc fine faciamꝰ / vt eū ab errore reuocemꝰ. vñ
gloſa. Bñfacite miniſtrādo cibū mētis. i. inſtructionem
vꝉ correctionē corporis: oīa ei in eccl'ia (etiā excōmuni
catio) eo ſpectāt vt frēs ⁊ amici fiāt. Et qꝛ eſt quoddā bñ
ficiū ad ſalutē pertinēs qđ a quolibet quātūcūq; paupe
pōt exhiberi. ſ. orare ꝓ aīaꝝ ſalute / ideo ſubiūgit [Bene
dicite] ſcʒ bona gratie ⁊ glorie imprecādo [maledicen-
tibus vobis] retro detrahēdo: vel aperte blaſphemādo
[⁊ orate] dicta bona optando et deum deprecando [pro
perſequentibꝰ ⁊ calūniātibꝰ vos] falſum crimen vobis
imponēdo. Huiꝰ exēplū dedit dñs in cruce ſuſpenſus: ⁊
*Iniuria triplex.*
ſtephanꝰ lapidatꝰ: ⁊ dauid a ſemei maledictꝰ. ¶ Vbi no
ta q triplex eſt iniuria. ſ. cordis que rancor vel odiū ōr.
Oris q̄ detractio vꝉ maledictio. Operis. ſ. leſio manua-
lis. His igit generibꝰ tria dñs apponit remedia. Cōtra
pmū [diligite iīmicos veſtros] Cōtra ſecūdū [benedici
te maledicētibꝰ vobis: ⁊ orate pro perſequentibꝰ ⁊ calū
niātibꝰ vos] Cōtra tertiū [benedicite his q̄ oderūt vos]
*Gloſa.*
vñ Glo. Cōtra eccleſiā tribꝰ modis pugnat: odio: ꝟbis:
⁊ cruciatu corporis: e cōtra eccl'ia diligit: orat / ⁊ bñfacit
*Bñficiū triplex ꝑfectorum.*
Si ergo volumus eē perfecti / debemꝰ iniuriātibꝰ no-
bis bñficiū dare cordis / ipſos diligēdo: bñficiū oris ꝓ
eis orādo: ⁊ beneficium operis ipſis benefaciendo. Et
qꝛ magnū dedit preceptū: pclaꝝ ſubdit pmiū. Ita inqt
diligite: bñfacite: orate pro inimicis veſtrꝭ [vt ſitis filij
patris veſtri] altiſſimi [qui in celis eſt] filij inq̄ p boni-
tatis imitationem: p gr̄e adoptionē: p educationē: p he-
reditatis adeptionē. Vt ſicut eſtis filij dei p naturam ⁊
creationē: ſic etiā ſitis filij eiꝰ p gr̄am ⁊ imitationē / i eo
qđ eſt ei ꝓpriū: nā ꝓpriū ē ei miſereri ⁊ eē bñficū. vñ Be
*Beda.*
da. Nulla maior pōt eē merces / q̄ filios hoīm terrigenas
effici filios altiſſimi q̄ in celis eſt. Nos enim poteſtate
accepta efficimur filij dei / inq̄tum ea que ab eo preci-
piuntur implemꝰ. Et ſubiungit. Qui ſolem ſuum facit
oriri ſup bonos et malos: ⁊ pluit ſuper iuſtos ⁊ iiuſtos:
ac gratos ⁊ ingratos. Et nō ſolū amicis: ſed etiā inimi-
cis bene facit. Sicut eni iimicos nutrit vt amicos ac bo
nos / ⁊ illos ſui ſolis ſplendore illuminat: ⁊ ſuaꝝ pluuia
rū inundatiōe fecūdat: ⁊ bñficia cōmunia nō ſubtrahit
etiā malis hominibꝰ: q̄ tñ ei inq̄tū in eis eſt inimicant:
ſed ꝓ ſua miſericordia indiſcrete omnibꝰ vite preſentis
*Hieroni.*
bñficia largit. vbi Hiero. Noli negare qđ deus nulli ne
gat / q̄uis ſit blaſphemus ⁊ impius. Sine diſtinctiōe oī-
bus tribuamus: nō querētes cui: ſed quare demus. Vt
aūt dictū eſt ſupra: orare generaliter ꝓ inimicis / et eis
benedicere: pro quāto in generalitate populi includun-
tur eſt pceptū: ſicut qđ in generali dilectione diligant:
ſed in ſpeciali iſta facere nō eſt pceptū: ſed pfectionis.
*Chryſ. Gradꝰ nouē ad perfectionē.*
¶ Et ſciendū q Chryſ. ponit nouē gradꝰ ſm acceſſū ad
pfectionē mādati huiꝰ. Vnde ait. Vidiſti nempe quan
tis ad pfectionē gradibꝰ aſcendit: ⁊ quēadmodū nos in
ipm veritatis cacumē ſtatuit: ⁊ paulatim in ipſum celſū
reducit. Primꝰ gradꝰ eſt: nequaq̄ ad ledendū priorem
venire. Secūdus: vt nō ampliꝰ referat q̄ qđ a ledente
ſuſtinuit. Tertius ne leſus faciat illa que paſſus eſt: ſed
q̄eſcat. Quartus vt etiā prebeat ſeipſum ad iniuriā ſuſti
nēdā. Quintus vt etiā ad maiora ſe pbeat: q̄ vult eſſe q̄
fecit. Sextus nō odiſſe eum a quo iſta perpetit. Septi
mus etiā diligere ledētē. Octauus bñficijs eū libenter
afficere. Nonus etiā deū ꝓ aduerſario deprecari. Per
ſpexiſti celſitudinē phie: ⁊ iccirco tā claro digna eſt pre
mio: qꝛ tā magno eſt ſubiecta pcepto. Nā ⁊ premium il-
li tale proponit quale priorū omnino nulli: vt ſcʒ fierent
ſimiles dei: put tamē hominibꝰ id eē poſſibile eſt. Igit
*Seneca. Prodeſſe omnibus*
bñfaciendū eſt omnibꝰ: quia vt dicit Seneca. Nemo nō
cū alteri prodeſt: ſibi profuit. Quia vero perfectio dile-
ctionis vltra dilectionē inimicorum nō pōt procedere:
ideo poſtq̄ precepit inimicos diligere: conſequent ſub.

*Filios ⁊ ſimiles dei fieri ſummū pmiū eſt.*
iungit. Eſtote ergo vos perfecti: ſicut et pater celeſtis
perfectus eſt: que eſt lex amoris conſeruando: vt q̄ratis
etiā inimicis prodeſſe: quod deum facere manifeſtū eſt:
qui beneficia largitur etiam malis hominibus: ſic q ꝓ-
pter eoꝝ maliciā non deſerit benefacientiā circa ipſos:
*Chryſo.*
ita nec vos circa inimicos. Nā ſm Chryſ. ſicut filij car
nales ſimilant patres in aliquo corpis ſigno: ita filij ſpi
rituales deum in ſanctitate: ⁊ nihil nos deo ita aſſimilat
ſicut iniuſta facientibus ignoſcere: et pro eis orare. Et
arguit hoc exemplo publicanorum ⁊ ifideliū / qui ſuos
amicos diligunt / et eis benefaciūt. Si ergo ſupra ipos
mercedē beatitudinis volumus habere: debemus plus
propter deū facere: dilectionē etiam ad inimicos exten
dendo. Si eni diligitis (inquit) tantum eos qui vos di
ligunt / quam mercedem habebitis? hac ſcilʒ de cauſa a
deo in eterna vita. Quaſi diceret nullam. De his eni di-
ci poteſt: recepiſtis mercedem veſtram. Talis nāq; di-
lectio eſt naturalis: et non procedit de charitate que ſe
extendit ad omnes homines: et ideo non eſt meritoria.
Sed tñ hec oportet facere: ⁊ illa non omittere. Diligere
enim diligentes eſt nature: diligere non diligentes eſt
gr̄e: nō diligere diligentes eſt pũerſitatis maxime: non
diligere nō diligentes eſt imperfectiōis humane. Et ſi
ſalutaueritis fratres veſtros tm̄: q̄ aliqua affinitate iun
cti ſunt vobis. i. ſalutem eis optaueritis: ac charitatis ⁊
dilectionis affectū eis oſtēderitis: quid amplius. ſ. quā
tū ad perfectionē facietis? Et ſi benefeceritis tātū his
qui vobis benefaciūt qđ eſt debiti naturalis ex accepto
beneficio: q̄ vobis eſt gr̄a. i. qđ meritū gr̄e apud deum?
*Publicani.*
Quaſi diceret nullum. Nā publicani ⁊ ethnici. i. pecca-
tores ⁊ gentiles hoc faciūt. Publicani q̄ publica vecti
galia exigunt: a publio rege romanorū nomen traxiſſe
*Ethnici.*
dicuntur. Ethnici vero ab ethnos grece: quod gēs lati
ne eſt vocātur: qui tales ſunt vt fuerunt geniti. ſ. ſub pec
cato. [Et ſi mutuum dederitis his a quibus ſperatis re
cipere: que gratia vobis] ſcʒ apud deū. Quaſi diceret.
*Gloſa.*
nulla. Nam vt dicit gloſa: ex hoc ſolo quod ſperatis reci
pere non pro deo datis. Vnde de talibus dici pōt: rece-
perunt mercedē ſuam: qꝛ ſpe retributionis humane mu
tuant [Nam et peccatores] q̄ gratiā dei non habent: pec-
catoribus feneraut. i. mutuū dant: vt equalia non vltra
ſortē recipiāt. Ex quo patet q pluſq̄ peccatores ſunt q̄
*Beda.*
mutuāt vt cū vſura recipiant. Quaſi diceret ſm Bedā
Si tales inter ſe natura duce norūt eſſe benefici / quāto
vobis gradꝰ profeſſionis eximior neceſſe eſt vt cura vir
tutis ſit vberior: quatenus etiā non amantes charitatꝭ
*Chryſo:*
ſinu amplectamini. vñ Chryſ. Qm̄ igit digni ſupplicio
ſumus: qui cum ad ſimilitudinem dei vitam noſtrā in-
formare iubemur: forſitan ne gentilibꝰ quidem inueni
*Publicanis ⁊ ethnicis pſtare debemꝰ*
mur equales. Et iterū. Sed ſi nos ī his nec publicanis:
nec gētilibus meliores efficimur: nonne lugendi ⁊ plan
gendi ſumus. Quiimmo intantū longe ſumus a diligen
dis inimicis: vt nec amicus quidē charitatis vicē red-
damus: ſed e contrario odio habeamus etiā diligētes:
in quo nō ſolū gentilibus et publicanis nequaq̄ differi-
mꝰ: ſed multo etiā inferiores exiſtimus. Chriſtꝰ etiam
non ſolum vult nos ignoſcere deliquentibus: ſed vt etiā
*Auerti ꝓhibemur.*
amemus eos ⁊ oremus pro ipſis. Nam ſi tantummodo
non ledas eū qui te leſit: auertis te tñ ab eo: nec libenter
eum videas: manet ſine dubio vulnus in pectore: ⁊ do-
lor augeſcit in corde. Nūquid tu ita vis tibi propitium
fieri deum: vt non te quidem ledat: auertat ſe tñ abs te:
⁊ peccatorum tuorum memoriam teneat: et videre te no
lit? Igitur qualem vis erga te eſſe deum cum delictorū
veniam poſcis: talem te exhibere debes his qui delīq-
*Dilectio que ad vitā eternā prodeſt.*
runt in te. hec Chry. Intellige q qñ iſta fiunt ex natura
li affectiōe: q̄ poteſt ꝓcedere ex cauſa vtili aut delecta
bili: ⁊ ex cauſa honeſti: et per habitū moralis amicitie:
ſic non ſunt meritoria vite eterne. Sed quādo iſta pro-
*Dilectio mltiplex.*
cedunt ex habitu charitatis: tunc ſunt meritoria: ac pri-
cipium et ratio merendi ad deum: que ſola diuidit inter
filios regni et perditionis. Diligere enim propter amo-
rem reciprocum nature eſt debitum. Diligere propter
bñficium acceptū vel ſperatū eſt mercennariū. Dilige-
re proter mutue familiaritatis oblectamentum: eſt ma-
lum. Diligere propter peccati conſenſum: eſt malignū:
Diligere ꝓpter opus bonum: eſt gratuitum. Qui enim
diligit proximū: aut qꝛ bonꝰ eſt: aut vt bonꝰ ſit: aut quia

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

eiuſdem corporis mēbra/et eiuſdē patris filij ſumꝰ/vere diligere dicit. talis enī amor ſpũalis eſt:et ideo indeficiens:carnalis enī amor cito dilabitur:ſicut et ipſa caro/quali videlicet amore publicani et ethnici ſe inuicē diligũt/in quibus eſt natura ſine gratia:et tm̃ diligētes ſe diligunt. ſtatim enī vt ſe ab alijs nõ diligi intelligunt: ipſi quoq; alios nõ diligũt. Nos ergo oēs diligere:oīm ſalutē querere/omnibus benefacere/et charitatis affectũ oſtendere debemꝰ:nõ querentes cui/ſed quare iſta faciamꝰ. Sic enim augetur amor:et concordia creſcit. Iſta itaq; debēt fieri:nõ in ſpe retributionis humane: ſed diuine. Sicut enī deꝰ eſt oīs boni pricipiũ/ſic vult

Alpha et O.

eſſe et finis. Ego ſum inq̃t alpha et o:principiũ et finis.

Apocalip xxj.⁊ xxij.

Vñ Augu. Qui amicũ ꝓpter cõmodũ quodlibet amat: nõ amicũ ꝯuincit amare:ſed cõmodũ. Et ideo deꝰ quo nihil eſt maiꝰ aut meliꝰ ꝓpter quod diligatur/ꝓpter ſe

Deꝰ amãdus ꝓpẽ ſe ⁊ grat𝔦.

ipm̃ ꝑfecte diligitur. Si vero ſaltē ꝓpter illa q̃ preſtat amatur:nõ vtiq; gratis amat:q: iã illud ꝓpter qd̄ diligitur ei (quod dictu quoq; nefas ē) añfert. Et iterũ. Gratis deꝰ ametur:vt operis quo illi miniſtrat preciũ ſit eē cũ illo. Nihil enī debemꝰ ꝓ amore ieſu querere:niſi eiꝰ ſuauē preſentiã. hec Aug. vñ Bern.

Bernardꝰ

Premiũ q̃ nõ querit amãdo meretur.

Non ſine premio diligit deꝰ:et ſi abſq; premij intuitu ſit diligēdus. Verꝰ amator premiũ nõ querit:ſed meretur. hec Bern. Amemꝰ ergo aduerſarios nr̃os:et nihilominꝰ eis beneficia preſtemꝰ/vt ſimus ꝑfecti ꝓ modulo nr̃o ꝑfectione gratie:ſicut et pater noſter celeſtis ꝑfectus eſt ꝑfectiõe nature:qm̃ ꝑfectus dñs bonos et perfectos vult habere fideles. Simus interim perfecti ſaltem ꝑfectione ſufficientie:que eſt in dei et ꝓximi charitate: et nitamur ad cumulũ perfectionis ſuperogationis/q̃ eſt diligere inimicos:⁊ orare pro eis:ſicut fecit xp̃s: vñ

Chryſ.

Chryſ. Nõ tm̃ ledimur ab iniquis qñ nocemur ab ipſis:quãtũ cũ ꝑ maliciã eorũ cõſtantia bonitatis a ſuo ꝓpoſito victa receſſerit. Ne igit odio habeas facientē tibi mala:⁊ ne maledicas vexanti:ſ; magis ama/quaſi multorũ tibi cõciliatorē bonorũ:teq; ad ampliſſimũ honorē ledēdo ducētē. Alioqui et laborē ſuſtinuiſti:fructu aũt priuatꝰ es:⁊ iacturã quidem feres:mercedem aũt perdes. Quod certe extreme oino demētie eſt:vt aliqui cũ maiora perpeſſi ſunt nequaq; minora ſuſtineãt. Et quēadmodũ inquies

Poſſibilitat𝔦 amãdi inimici exẽplũ eſt chriſtus.

fieri iſta poſſibile eſt. Vidiſti deũ hoiem factũ:⁊ eouſq; ꝓ tua deſcendētē ſalute/tantaq; ꝓpter te eſſe perpeſſũ: ⁊ adhuc inquiris aut dubitas:quēadmodũ poſſibile ſit iniurias donare cõſeruis? Sed tu plurimũ oino leſus es. Verũ quid tale perpeſſus es:quale tuus immo oīm dominus? Sin autē omnino nimis leſus es:iccirco maxime beneficium refer nocenti: vt et tibi ipſi clariorem facias coronam/et fratrē a periculo grauiſſimi languoris abſoluas. hec Chryſoſtomus.

Oratio.

Domine ieſu xp̃e mitiſſime et totiꝰ humilitatis et patiētie magiſter:da mihi ſeruo tuo vltimo et ſimplici:vt me humilē et alijs inferiorē cõſtituens ab oībus ꝯtēni cupiã et cõculcari/iniuriaſq; ī corpore vel rebꝰ patiēter ſuſtinēs:aīm paratũ ad plura ſuſtinēda habeã/ac omĩ petēti in corporalibus et ſpiritualibus ꝓ poſſe ſubueniã. Concede etiam: vt nõ ſolũ amicos:ſed ⁊ inimicos me corde/ore/vel opere/ꝑſequentes ecõtra valeam diligere:eiſq; benefacere et benedicere:ac ꝓ eis orare: vt inter filios et elecos tuos merear tua gratia munerari. Amen.

## ¶ De laude humana in bonis operibus nõ querenda Capitulum xxxvj.

POſt hec magne perfectionis verba docet/ne de bonis operibus inaniter gloriẽt:quia valde difficile eſt vt in eis vana gloria totaliter euitetur. vñ ait[Attendite].i. diligenter cõſiderate/⁊ attenti aut cauti eſtote. ſ. ꝯtra inſidias ſupbie:quia etiã bonis operibus inſidiat vt faciat ea perire[ne iuſticiã veſtrã]i. opera iuſticie. ſ. opa bona de genere quocũq; fuerint illa:q: oĩa continent ſub iuſticia generaliter dicta: [faciat𝔦 corã hoibꝰ]eo. ſ. fine[vt videamini ab eis] id ē ꝓpter laudē humanã et fauorē mundi:nõ propter gl'iaꝫ dei:nec propter edificationē proximi:alioq̃n mercedē nõ habebitis apud deũ:cuiꝰ amore nõ feciſtis. Ille enī

Matt. vj.

debet mercedē dare:cuiꝰ mãdato mouet operariꝰ vel amore. Niſi ergo deꝰ ſingularit ſit in cã/nõ opis mercedē:ſed fallacie ſuppliciũ apd̄ deũ habebũt:q: hic ab humano ore mercedē ſc; leuē aurã fauoris recipere voluerũt. Ab his tñ dũtaxat acceperũt a quibꝰ eã ꝯcupierũt. Ex quo enī intentio fert ad hoīes tm̃:nõ ē aliq̃d a deo iuſte expectandũ:q: nõ virtꝰ ſ; cauſa virtutis mercedē hꝫ apud deũ. Hoc igit deputat eis ꝓ mercede:cuiꝰ amore fecerũt ſc; laus humana quã queſierũt. Et nõ ſolũ vera mercede ob prauã intentionē euacuat:ſed ⁊ nihilominꝰ ꝓ inani gl'ia:q̃ ſiue p̄cedat opꝰ: ſiue ſequat:ſemꝑ mortale pctm̃ eſt/penã eternã merent. Minuit etiã ꝓbitas cõſciētie ex fame mercede. vñ Boe. Minuit ſe ꝓbitat𝔦 cõſciētie ſecretũ:quotiēs oſtēdēdo q̃s fructũ recipit fame p̄ciũ. Et iõ vt idē Boeti. dicit. Sapiēs bonũ ſuũ nõ populari rumore:ſ; ꝯſciētie v̄itate metit. Et ꝯſidera q͛ (vt ait Chryſ.) Nõ ſolũ nõ oſtēdi iubet: ſ; et ſtudere latere. Neq; enī ē equale nõ ſtudere apparere/⁊ ſtudere latere. Per hoc tñ nõ ꝓhibent opa bona fieri corã hoibus ad dei gl'iam et proximi edificationē:q: hoc ē bonũ et meritoriũ apud deũ. S; vt dicit Gregoriꝰ. Valde ꝑfectorũ eſt/ſic oſtēſo ope gl'iam auctoris querere: vt de illata laude neſciat p̄uata exultatione gaudere/quã infirmi:q: ꝑfecte cõtēnēdo nõ ſupant: reſtat neceſſe eſt/vt bonũ qd̄ operãtur abſcõdãt.

Mercedē vñ petas.

Gl'ie inanis malũ.

Boetius.

Chryſ.

Bona opera palam fiãt ad laudem dei.

Gregoriꝰ

¶ Deinde poſtq; generalit iuſticiã noīauit:nũc ꝯſequent ꝑ partes exequit. ⁊ ſpecialiter ꝓhibet in elemoſyna/⁊ orõne/ac ieiunio vanã gl'iaꝫ queri:q: hec tria precipue cõſueuit inanis gl'ia comitari. Hec ſunt tria ſatiſfactionis opera. ſ. elemoſyna cõtra pctm̃ in ꝓximũ. orõ ꝯtra pctm̃ in deũ. ieiuniũ ꝯtra pctm̃ in ſemetipm̃. Hec etiã tria valēt ꝯtra tres radices pctõrũ. ſ. ꝯtra tria mala q̃ in mũdo ſũt. Elemoſyna enī eſt iuſtitia cõtra ꝯcupiſcētiã oculoꝝ. Oratio ꝯtra ſupbiã vite Ieiuniũ ꝯtra ꝯcupiſcētiã carnis. Ait ergo[cũ facis elemoſynã]corꝑalē. ſ. vl' ſpiritualē [noli añ te tuba canere/ſicut faciũt hypocrite].i. noli eã facere ī manifeſtatiõe: et velle īnoteſcere vt gl'ieris in laude tua:ſicut ille apertũ dat ſignũ q̃ canit tuba. Nõ eſt ingrata deo elemoſyna q̃ videt:ſed q̃ ideo fit vt videat. Et q: tales pricipaliter intendũt honorē vanũ ⁊ trãſitoriũ:ideo amittũt verũ ⁊ eternũ. vñ ſequit[Amē dico vobis/receperũt mercedē ſuã]. ſ. gl'iam hũanã:quã q̃rebãt ꝓ dono elemoſyne:ſed pena expectat ꝓ mala intentiõe. Ita ergo faciũt hypocrite[Te aũt faciente elemoſynã]quod eſt opꝰ de genere bonorũ[neſciat ſiniſtra tua]⁊ intētio ꝑuerſa[quod faciat dextra tua]et intentio ſancta. Siniſtra eſt appetitio et delectatio laudis humane vel cõmodi terreni:dextera autē intētio implendi p̄cepta diuina/ſeu amor dei et celeſtis premij. Eſt ergo ſenſus nõ ſe īmiſceat intentio alicuius prauitatis:dũ p̄cepto dei implere ſatagis. Et exponit quod dixit neſciat:illud enī neſcitur qd̄ in abſcondito eſt:et ideo dicit[vt ſit elemoſyna tua in abſcõdito]eſt. ſ. ſm rationē intētiõis:⁊ ſi nõ ſm rationē operatiõis. Sit in abſcõdito ⁊ ſecreto mētis.i. in ip̄a bona cõſcientia/q̃ hũanis demõſtrari nõ põt oculis. Sufficit tibi ad ꝓmerendũ p̄miũ:q̃ ſolus cõſciētie inſpector eſt. et hoc eſt qd̄ ſubditur.[Et pater tuꝰ]. ſ. deꝰ qui eſt pater omniũ per creationē:et iuſtorũ per gr̃e adoptionē[qui videt in abſcondito]quia ip̄e ſolus videt intentionē cordiũ[reddet tibi]quia retribuet bonis ſm intentionē cordis hominibus abſconditã et occultam:et ſi non in preſenti:tñ in futuro. Nõ ergo ſi hec ſciant homines formidandũ eſt:ſed ſi hoc animo fiant vt fructus placendi hominibꝰ in eis expectetur:et laus humana admiſceatur. In omĩ enī opere noſtro neſcit ſiniſtra quid facit dextera:ſi nõ amore laudis humane:ſed dei amore et iuſtitie id agamꝰ. Et ideo ſiue in ſinagogis:ſiue in vicis et plateis elemoſynã vel aliud opus bonũ quis faciat:in abſcondito tamen facit quicũq; hoc faciens non ab hominibus ſed a deo videri deſiderat. Econtra vero qui in abſcondito facit:⁊ videri cupiens laudem ex hoc et gloriam querit:non in abſcondito quidem facit:quoniam abſconditum nõ vult eſſe quod facit:tantumq; ei valet ac ſi in publico fieret. vnde Chryſoſto. Poteſt enim aliquis coram hominibus elemoſynam facere:nec tamen ad hoc facere vt eam hominũ oculis oſtentet:et aliquis non corã hominibus faciens:eo tamen animo facere vt ſe id facientē optet videri. Propter qd̄ nõ factũ ipſum

Elemoſyna ieiuniũ et orõ

Siniſtra. Dextera.

In abſcõdito facē quid eſt.

Chryſo.



ſed volũtatē/aut coronat/aut punit:nec fini operis:ſed voluntati operant𝔦 mercedē damnumue decernit. Non igit tm̃mõ dediſſe elemoſynã:ſed quēadmodum opꝫ dediſſe virtutis eſt. hec Chry. Sil'r in oratione docet fugere vanã gloriã: vt nõ ores in publico ad manifeſtationē vt videaris ab hominibꝰ:ſicut faciũt hypocrite qui (vt dicit Chryſ.) non intendũt exaudiri/ſed videri. Et q: intentionem habent peruerſam:ideo damnoſam ſubdit ſequelã[quia receperũt mercedē ſuã]ſc; laudē trãſitoriã/ſed tandē recipient penam eternã. Argumentũ habes ex hoc/q͛ cũ vana gloria ſit mortale pctm̃:ideo omē opus ex vana gloria factum eſt mortale reputandũ:q: ꝓ eo pena infligit eterna.

Orõ hypocritaꝝ.

Chryſo.

Oratio ſanctorũ.

Ita ergo faciũt hypocrite. [Tu aũt cũ oraueris/intra in cubiculum tuum].i. in locũ ſecretum[⁊ clauſo oſtio]ne veniat multitudo impediens eleuationē mētis:⁊ auertēs te a ꝓpoſito[ora patrē tuũ] celeſtē[in abſcondito] Et eſt ſenſus ſm Remi. Sufficiat tibi vt ille ſolus nouerit tuã orationem: qui omnium corda nouit occulta:q: ipſe q̃ ē inſpector erit exauditor. [Et pater tuus]cuius honorē debes intendere[qui videt in abſcondito reddet tibi]fructũ orationis in aperto. ſm Chry. Qui ſic orat ſecreto vt ab hominibꝰ abſcõſe orare videatur:nõ deũ aſpicit:ſed homines:⁊ ideo q̃tum ad propoſitũ ſuũ ī ſynagoga orat:ac etiã ſi dupliciter laudatur:et q: orat:⁊ q: abſconſe orat. Cuius autem orantis mens ſolũ aſpicit deũ/q̃uis in ſynagoga oret: tñ apud ſe in ſecreto videtur orare. Orãs ergo nihil nouum faciat qd̄ aſpiciant homines/vel clamando/vel pectus percutiendo/vel manus expandendo. hec Chryſ.

Remigiꝰ

Chryſ.

Orandi modus.

Vbi ſciendũ q͛ duplex eſt oratio: quedã publica que fit a miniſtris eccleſie:⁊ iſta non debet fieri in occulto:ſed magis in publico ⁊ in eccleſia corã populo:q: ꝓ tota offert cõitate/⁊ populus in hoc cõformare ſe debet miniſtris eccleſie ipm̃ deũ dep̄cãdo ſm modũ cõgruũ et ſibi poſſibilē. Alia eſt oratio priuata:⁊ talis mag𝔦 debet fieri ī ſecreto duplici de cauſa: vna ē:q: orõ ē eleuatio mētis in deũ:mens aũt citiꝰ et melius eleuatur in deũ quãdo hõ eſt in ſecreto loco/et a tumultu ſeparatus:alia eſt ad euitationē vane glorie/que de facili inſurgit ī publico. Orare itaq; volentibus ſalubre dat xp̃s cõſiliũ/vt intrent in cubiculũ. ſ. cordis ſecretum/⁊ claudant oſtiũ. ſ. carnales ſenſus:per quos exteriora improbe ſe ingerũt:⁊ turbe fantaſmatum orantibus obſtrepunt/vt ſic etiam clauſo oſtio mētis/⁊ collectis anime viribus oratio ſpiritalis fiat in intimis cordis:⁊ inde dirigat ad deũ feruentius: vbi oratur pater in abſcondito:q: abſconditũ ⁊ cubiculũ eſt ſecreta cordis intentio. Quantũ enī homo contēnit qd̄ eſt extra ſe:tm̃ põt ſe recolligere intra ſe:et q̃tũ ſe recolligit ītra ſe/tm̃ põt ſupra ſe ad orationem ⁊ dei contēplationē aſcendere.

Orõ duplex/publica ⁊ ſecreta.

Deinde circa orationē excludit gentiliũ errorē dicēs. [Orãtes aũt nolite multũ loqui:ſicut faciunt ethnici:qui putant in multiloq̃o] et ⁊ altiloq̃o:ac ſuauiloquio ſuo exaudiri:⁊ q͛ ipſi ita verbis flectere queant deũ ſicut orator iudicē. [Scit enim pr̃ veſter celeſtis/q̃d opꝰ ſit vobis anteq; petatis eum] q: audit p̄parationem cordis ſinguloꝝ: hoc addit ad excludendũ iſtoꝝ gētiliũ falſum intellectũ: ſm quē aliq̃d deo notificat de nouo:q: oĩa ſcit ab eterno. Nõ ꝓhibet dñs in oratione multiplicationē verboꝝ ſimpliciter et abſolute:q: et ip̄e ꝑnoctauit in oratione:⁊ factus ī agonia prolixius orabat:ſ; prohibet ne multiloq̃o vtamur in orõne/eo fine ⁊ ea intentione quibus vtebantur gentiles ydolatre:q̃ triplici de cauſa vtebant vocali orõne in multiloquio facta. Prima q: orabãt demones qui ne ſcirent quid illi peterēt niſi v̄bis ⁊ ſigno exteriori iſtructi eſſent:ſecreta enī cordis humani penetrare nõ valēt. Secunda q: putabant demonibꝰ quaſi hominibꝰ v̄bis perſuaſibilibus ⁊ multis perſuadendũ eē:⁊ ſic eos ad miſerendum prouocari. Tertia:q: demones quos orabant:qñq; abſentes eē putabant:⁊ q͛ per talem orationē reuocari poſſent. Iſta ſunt mala:⁊ ideo ab oratione fidelium remouenda. Similiter aũt triplex eſt cauſa q̃re nos vtamur vocali oratione. Prima vt obſequiũ oris ſicut et cordis et operis deo impendamus:triplex enī ſacrificiũ deo debemus. ſ. ſacrificiũ cordis/oris/⁊ operis. Secunda vt ad memoriam reuocemus quod petere debemus:⁊ vt ipſa vocalis oratio pigritiam noſtrã excitet:q: ſi homo ſemꝑ in ſilētio oraret de facili obdormiret oblitus quid peteret. Tertia: vt vocali oratione proximus inſtruatur/et ad cõſimile opꝰ inuitetur.

Orõ breuis cõmēdatur.

Noui nihil indicatur deo.

Orõ gētiliũ cur lõga ⁊ vocalis erat.

Orõ nr̃a cur vocaliter fit.

Vult aũt deꝰ vt oremꝰ:ne qd̄ ab eo nobis dat vile habeamꝰ: ſed eo ipſo amplius eũ adoremꝰ: deſideremꝰ:et ita amplius mereamur. Nec ad eũ orantes fruſtra ſciēti loq̃mur. q: ſm Hiero. Nõ narratores:ſed rogatores ſumꝰ. aliud eſt enī narrare ignoranti:aliud petere ſcienti. Vñ Chryſ. dicit q͛ oportet orare: vt. ſ. deũ nõ doceas: ſ; iſflectas: vt familiaris efficiaris interpellationis frequentia. vt humilieris orãdo. vtq; peccatoꝝ tuoꝝ recorder𝔦. Et notandũ q͛ poſſunt multiplicari v̄ba in oratiõe: vt ꝑ ſignificationē verboꝝ deuotoꝝ animus meliꝰ eleuetur in deũ. ⁊ nõ ſolũ mēte:ſ; etiã corporali voce hõ eleuetur in eum. ſm illud. Cor meũ ⁊ caro mea exultauerũt ī deum viuũ:nõ tñ põt ibi dari regula certa:ſed debet hõ talibus vti in orõne quãtũ ꝑcipit qd̄ faciũt ad deuotiõis exercitationē. Si aũt ecõtrario ꝑcipiat q͛ mltiplicatio v̄boꝝ diſtrahat mentē eiꝰ: q: aliq̃n multiloquium oris impedit deuotionem mentis:tunc debet ceſſare a v̄bis: et orare deum mentis affectibus. vñ ſm Aug. Quando rogamus deum pietate opus eſt non verboſitate: aliud eſt ſermo multus:aliud diuturnus affectus. Nã plerũq; hoc negocium plus gemitibus agitur q̃ ſermonibꝰ:plꝰ fletibus q̃ affatu. Hec tamen intelligenda ſunt de orationibus priuatis ⁊ voluntarijs:q: orationes debite et publice debent eſſe in verbis: vt poſſint ꝑcipi ab alijs.

Orõnem cur petat dominus

Hieroni.

Chryſ.

Verba orationis mltiplicari poſſunt

Auguſti.

Deinde docet fugere hypocriſim in ieiunio dicēs[cum ieiunat𝔦]quod expedit pro tempore[nolite fieri triſtes ſicut hypocrite] Non ſolum ꝓhibet fieri:ſed velle: cum dicit:nolite:in voluntate eſt enim prima radix merendi vel demerendi. Itē fieri probibet non eſſe:q: ſm Chry. Sciens dñs q͛ non poteſt eſſe hilaris qui ieiunat/ nõ dixit/nolite eſſe triſtes:ſed nolite fieri. Aliud eſt eī eē/aliud fieri. Aſſiduum quidem ieiunium naturaliter facit eſſe triſtem:qui autem ꝑ hypocriſim pallentes apparent/triſtes non ſunt:ſed fiunt ſicut hypocrite triſtes in apparētia: vt ipſa vultus triſticia ſit oſtentatio ieiunij falſa ⁊ vana[Exterminant enim]⁊ quaſi extra proprios terĩos ponunt et adducunt[facies ſuas]ac deformant corpora ſua habitu ſordido et ſqualido deturpant [vt pateãt hominibus ieiunantes]ac ſemꝑ videant triſtes:⁊ quaſi de peccatis ⁊ alioꝝ lugentes:oſtendũt enī quãdã faciei triſticiã/⁊ extra ſolitũ alioꝝ modũ in vultu ⁊ veſte ſqualorē demonſtrant: vt penitentie rigorem ſimulent:et religioſi pre ceteris appareant:⁊ inde laudes ab hominibus recipiant. O inſania vanitatis:nolunt eſſe qd̄ tñ volunt apparere. Et ꝓpter hoc cũ aſſertione cõminat eis penã nõ modicã dicens[Amen].i. vere dico vobis[q: receperũt mercedē ſuã]. ſ. laudē hominũ quã querebãt:et ī futuro recipient ꝓ ſimulatione dãnationē/quã nõ timebãt. Et ſignanter dicit receperunt: nõ recipiũt:q: talis laus adeo breuis eſt q͛ quaſi nihil de p̄ſenti habet. vñ in Iob. Laus impiorum breuis/et gaudiũ hypocrite inſtar pũcti. Nõ ergo ꝓhibet dñs triſticiã pn̄ie ꝓ peccat𝔦: ſed triſticiam fictam pro laudibus conſequendis:nec ꝓhibet videri ieiunantes:ſed hoc nõ appetere ꝓpter hominũ fauores:q: nõ virtus vetatur:ſed mēs ficta reprobatur. vñ Chryſ. Si ergo qui ieiunat ⁊ triſtem ſe facit hypocrita eſt/quantomagis iniquior eſt q̃ non ieiunat: ſed argumentis quibuſdã in facie ſua pingit venalē pallorem quaſi ieiunij ſignum.

Ieiuniũ hypocritarum.

Chryſo.

Fieri ⁊ eſſe triſtem differũt.

Laus hypocritaꝝ.

Iob. xx.

Chryſo.

Deinde ſubdit modum ieiunandi debitum[Tu aũt cũ ieiunas]nõ. ſ. imiteris hypocritas:ſed[vnge caput tuum/⁊ faciē tuã laua] Q: ridiculum eſſet caput oleo ad litterã vngere: iõ ſm Hiero. Accipitur metaphorice a paleſtinis/q̃ in feſtis ſolebãt hoc facere: vt quãdo ieiunamus letos nos ⁊ feſtiuos eē monſtremus[vnge ergo caput tuum].i. hilarem te exhibe[et faciem tuam laua]ad litteram ne ſordidus appareas. Duo dicit contra duo: vnge oleo leticie contra triſticiam hypocritarum. Laua aqua mundicie contra exterminationem facierum. Vel ſm duas partes iuſticie laua faciem internam:id eſt conſcientiam a malo ꝑ confeſſionē tergendo: vt munda ſit ante deum:ſicut enim in conſpectu hominũ gratioſa eſt facies pulchra: ſic ī oculis dei precioſa eſt ꝯſcientia munda:⁊ vnge caput.i. mētem ſeu rationē que in anima preeminet:ac cogitatiões et cetera hominis regit in bono per deuotionem gaudēdo/vt in ieiunio hilarem animum exhibeas deo:ſpiritu-

Ieiuniũ bonorum.

Vngere caput.

Hieroni.

Lauare faciem.

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

alis enī hilaritas in ieiunio/ſicut in elemoſina eſt neceſ
ſaria:qꝛ ſicut deꝰ diligit hilarē datorē/ſic ⁊ hilarē ieiu-
Auguſti. nantē. vbi Aug. Intelligendū eſt hoc ꝑceptū ad interio
rē hoīem ptinere. Vngere caput ad leticiā ptinet. laua-
re aūt faciē ad mundiciā. Et iō caput vngūt: q̄ letantur
īteriꝰ mēte/atq̄ ratiōe. Et hoc faciat q̄ nō foris querit
leticiā: vt de laudibus hoīm gaudeat. Ita enī ⁊ faciem
lauabit. i. cor mūdabit quo viſurꝰ eſt deū: nō ꝑ interpo
ſito velamīe/ꝓpter infirmitatē cōtractā de ſordibꝰ. vel
Chryſ. ſm Chryſ. Vnge caput. i. xp̄m oleo miſericordie. ſ. pau
peres recipiēdo: laua faciē. i. intentionē ꝓpter deū hoc
faciēdo. Et ſubdit remouēs intentionē prauā [ne videa-
ris hoībꝰ]. i. ad laudē et gl'iam hoīm querēdā ieiunare:
ſed pr̄i tuo celeſti cuiꝰ gl'iam tm̄ debes in operibꝰ tuis
q̄rere: q̄ eſt in abſcōdito cordiū: qꝛ ſcrutat̄ renes ⁊ corda
Ps. vij. hoīm. vel in abſcondito remunerationū: quas abſcōdit
timētibꝰ eū. vel qꝛ deꝰ in vita p̄ſenti nō poteſt a nobis
videri/licȝ p̄ns ſit vbiq̄ [Et pater tuꝰ] qui nō obliuiſci
tur prolē ſuā [q̄ videt in abſcōdito]. i. approbat rectā/et
Sapie. x. ſecretā intētionē [reddet tibi] talis ieiunij mercedē: qꝛ
Remigiꝰ reddet deꝰ mercedē laborū ſctōrū ſuoꝝ. Vbi Remigiꝰ.
Sufficit enī tibi: vt q̄ eſt inſpector ꝯſcientie/ſit etiā re-
munerator. De vtilitate autem ⁊ fructu ieiunij ſic dicit
Ieiunij Aug. Ieiuniū purgat mētē: ſubleuat ſenſum: carnē ſpi-
fructus. ritui ſubijcit: cor facit cōtritū et humiliatū: cōcupiſcen-
tie nebulas diſpergit: libidinē extīguit: caritatis lumē
Auguſti. accendit. Hic ſm Aug. Animaduertēdū eſt: nō ſolū eſſe
Iactātia iactātiā in corpoꝝ et rerū corporeaꝝ nitore atq̄ pōpa:
ī ſordidis ſed etiā in ipſis ſordibꝰ et ſqualore: ⁊ hoc eo periculoſiꝰ
eſt/quo ſub nomine ſeruitutis dei decipit: que tamē ce-
Mediūte teris opibus cognoſci pōt. Et iō mediū eſt tenendū: qꝛ
nēdū eſt. nec nitor/nec ſqualor nimiꝰ decet chriſtianū. Ex p̄miſ-
Virtꝰ pro ſis etiā perpēde: ꝙ virtutes ꝓpter ſe ⁊ deū/nō ꝓpter ho
pter deū. mines ſunt appetēde. vñ Chry. Nō paruꝰ aūt fructꝰ eſt
Chryſo. hūanā gl'iam cōtēnere: ꝑ hoc enī aliquis a graui ſeruitu
te liberat̄: et ꝓprius virtutis operator efficit̄: eā amās
Oro ē aui nō ꝓpter alios: ſed ꝓpter ſeipſam. Notanter vero ora-
cula alis tioni elemoſynā et ieiuniū adiungit: qꝛ oratio eſt quedā
freta. auicula que penetrat celum. et habet duas alas: ſcȝ ele-
moſynā/et ieiuniū. ⁊ ideo primo agit de elemoſyna: ⁊ vl
timo de ieiunio: et medio loco de oratione: qꝛ ipſa ora-
tio his quaſi duabus pēnis a dextris et a ſiniſtris ſuble
uata penetrat celū/et ipſa quaſi volādo ꝑuenit ad deū.
Thob. xij vñ in thobia. Bona eſt oratio cū ieiunio et elemoſyna.
Laus hu In oībus ergo noſtris operibꝰ hūanā laudē fugere de-
mana vitā bemꝰ qꝛ vt dicit Boetiꝰ. Sapiēs bonū ſuū nō populari
daē ī oībꝰ rumore: ſed cōſciētie veritate metitur. Non ſolum autē
Boetius. in operibus: ſed etiā in ocio laus humana eſt fugienda.
Seneca. vnde Seneca. Abſconde te in ocio: ſed et ip̄m ocium ab
Ociū ābi ſconde. Non inſcribas tibi ph̄iam/aliud ꝓpoſito tuo no
tioſum vi men impone/valitudinē et imbecillitatē vocato ⁊ deſi-
tandum. diam. Gloriari in ocio/ambitio eſt. Animalia quedā in-
ueniri poſſunt/que veſtigia circa ip̄m cōfundūt cubile:
idem tibi faciendū eſt: alioquin nō deerūt qui perſequā
tur. Optimū eſt nō iactare ociū ſuū. Ille ſe abſcōdit/ille
clauſus eſt/ille multis annis non tranſit domꝰ ſue limē.
Conuocat turbam quiſquis ocio ſuo aliquā fabulā im-
poſuit. Cū ſeceſſeris non eſt hoc agendū: vt de te hoīes
loquantur: ſed vt ipſe tecū loquaris. Quid in ocio facis.
Vlcus meū curo. Si oſtēderē tibi pedem turgidū: liui-
dā manū: ac cōtracti cruris aridos neruos: permitteres
me vno loco iacere et fouere morbū: maius malum eſt
hoc quod nō poſſum tibi oſtendere. Nolo me laudes/no
lo dicas. O magnū virū: contempſit oīa: et damnatis hu
mane vite furoribus fugit. Nihil damnaui niſi me: non
eſt qd̄ proficiendi cauſa venire ad me velis. Erras qui
hinc auxilij aliq̄d ſperas. Nō medicꝰ/ſed eger hic habi
tet. Malo illa cū diſceſſeris dicas. Ego iſtum beatū ho
minē putabā ⁊ eruditū. Erexerā aures/deſtitutus ſuȝ.
Nil vidi/nil audiui: quod ꝯcupiſcerem/ad quod reuer
terer. Si hec ſentis: ſi hec loqueris aliq̄d per ꝓfectū eſt
Malo ignoſcas ocio meo ꝙ inuideas. hec Seneca.

Oratio.

Domine ieſu xp̄e/qui nobis in oībus operibꝰ
tuis humilitatis exemplū oſtēdiſti: ac vanā et
inanē gloriā fugere docuiſti: cuſtodi me que-
ſo intus et foris contra inſidias ſupbie. vt nul-
lus pateat locus inimicis anime mee: et da mihi vt in
elemoſyna: oratione: ieiunio: et in cunctis bonis ope-
ribus laudem humanam: et mundi fauorem nō queram:
ſed pure propter dei gloriā: et proximi edificationē ea
faciam: nec de eis vnq̄ inaniter gloriari preſumam: ne
mercedē hic recipiens/in futuro vera mercede merear
euacuari: et nihilominus penis eternis deputari. Amē

De oratione dominica. Capitulum. xxxvij.

Inter cetera autē que
de oratione dicūtur: oratio dominica Matt. vj.
interſeritur/que multis ex cauſis orō- Orō dñi-
nibus ceteris antecellit/ſcȝ auctorita ca excellit
te doctoris. quia ipſius ſaluatoris ore
prolata fuit: breuitate ſermonis: qꝛ fa-
cile dicitur/et cito profertur: ſufficien
tia petitionū: quia vtriuſq̄ vite cōtinet neceſſaria: ⁊ fe-
cūditate myſteriorū: quia immenſa cōtinet ſacramenta.
vñ chryſo. Dñs ſub cōpendio verboꝝ formā orandi tra- Chryſo.
dens diſcipulis: et ſummam et ſufficientiam oīm petē- Orōis do
dorū/tum beatitudinū: tū donorū oīm/videlicet ad vi- minice ex
tam preſentem et futuram pertinentiū cōplectitur. In cellentia
hac orationis formula breuis paucitate verborum: ſed et ſuffici-
ſufficiens continentia oīm petendorū: omni orōne ſpūa- entia.
lioris et ſanctioris: quia ex ore altiſſimi proceſſit: quia
petuntur et includuntur que in omnibꝰ alijs orōnibus
cōtinent̄. O ꝙ fidelis hec ⁊ beata nobis oratio eſt: cuiꝰ
ordinē nobis doctor vite/ac magiſter celeſtis inſtituit.
ꝙ beati etiam nos eſſe poſſumus: ſi huius orationis do-
minice verba nō tantum officio oris: ſed etiā fideliſſime
conuerſatiōis actu ſeruemꝰ. Hanc itaq̄ formā dominꝰ
diſcipulis ſuis ad ſpem ſalutis humane orandi conſti-
tuit: vniuerſa igitur que fidei ac ſaluti noſtre ſūt neceſſa
ria in hac breuitate orōnis dñice continentur. hec chry.
De ſufficientia quoq̄ iſtius orationis benedicte ſic di-
cit aug. Quecūq̄ alia verba dicamꝰ/que affectus oran Auguſti.
tis format: nil aliud dicimus ꝙ qd̄ in iſta oratiōe domi
nica poſitū eſt: ſi recte et cōgruēter oramꝰ. Et ſi ꝑ oīa
precationū ſanctarū verba diſcurras: nihil inuenies qd̄
in iſta oratione dñica nō cōtinet̄. quiſq̄s aūt id dicit qd̄
ad iſtā euangelicā precē ꝑtinere nō poſſit: carnalit̄ orat/
qd̄ neſcio q̄uo nō dicat̄ illicite: q̄ñ renatos dñs nō niſi
ſpiritualiter docet orare. hec aug. Cipriā. etiā de orōne Ciprianꝰ
dominica dicit: ꝙ xp̄s in iſta orōne magiſterio ſuo oēm
precē noſtram ſalutari ſermone breuiabit. Quare autē Oratiōis
hec oratio tā breuis eſt: ⁊ tam pauca verba cōplectitur: dñice bre
poſſunt aſſignari ſeptē ratiōes. Prima vt citius addi- uitatis
ſcatur. Secunda vt meliꝰ retineat̄. Tertia vt nullus de cauſe.
eiꝰ ignorātia excuſet̄. Quarta vt frequētius dicat̄. Quī
ta vt tediū in dicendo remoueat̄. Sexta vt fiducia cito
impetrandi tribuatur. Septima vt in deuotione mētis
nō in multiplicatiōe verboꝝ virtus orationis eſſe oſten-
datur. Oēs vero petitiones ſub ſeptenario numero cō- Septē pe
prehendūtur: qꝛ ſeptenariꝰ eſt numerus vniuerſitatis: titiones
et vniuerſitas oīm recte deſiderabiliū in his cōprehen orationis
ditur petitionibꝰ: ideo rationabiliter oēs petitiōes ſub dñice.
ſeptenario eſt cōplexus. Habet ergo hec oratio dñica Partes
octo ꝑtes. Prima eſt captatio beniuolentie quā ſequū octo.
tur ſeptē petitiōes. Captat̄ aūt beniuolētia tripliciter: Captatio
ex ꝑte rogati: qꝛ pater/cuiꝰ filij ſumus per fidē. ex parte beniuolē-
rogantiū: qꝛ noſter/nobis datꝰ ꝑ charitatē. ex ꝑte aſſeſ- tie.
ſorū rogati: qꝛ [in celis] eſt. i. in ſctīs/quorū auxilio eri-
gimur per ſpem. Dicamꝰ ergo [Pater] in quē credimꝰ.
[noſter] quē diligimꝰ [q̄ es in celis] de quibꝰ ſperamus:
hec enī tria faciūt orationē dignā. ſ. motus fidei/chari-
tatis/et ſpei. Ipſe quidē dñs dicit̄ pater noſter triplici Pater nr̄
ter. ſm triplex eē qd̄ ab eo accepimꝰ. ſ. nature: gr̄e et glo deus eſt.
rie. Eſſe nature dedit nobis in creatione: eſſe gratie in Eſſe tri-
recreatione: ſeu redēptione. et eſſe gl'ie in regni comita- plex.
tione. Dicitur ergo pr̄ oīm generaliter ratione creatio-
nis: ſed fideliū ſpecialiter ratione adoptionis. noīe aūt
patris intelligit̄ hic tota trinitas. ſcȝ pr̄: et filius: ⁊ ſpūs
ſctūs. O quāta fiducia ⁊ fiducialis audacia/ꝙ factura
factorē/creatura creatorē/hō deū pr̄em audeat nuncu- Pater ꝓ
pare: Quis vnq̄ auſus eſt in veteri lege talia p̄ſumere: trinitate.
Nemo vtiq̄. Qꝛ ſm glo. deꝰ antiquis vt ſeruis dicebat̄ Auguſti.
dñs: nūc dicitur pater cui nō timore/ſȝ amore ſeruimꝰ. Pater nr̄
vñ et aug. Nūq̄ inuenitur preceptū pplo iſrael: vt dice- iā dictus
ret pater nr̄: ſed eſt eis inſinuatꝰ tanq̄ dñs ſeruis. Nos deus.



Rom. viij vero ꝑ ſanguinē dñi ieſu filij adoptionis effecti: ꝯfiden
ter clamamꝰ. Abba pr̄. Et iterū. Quo noīe ⁊ charitas ex
citat̄. Quid enī chariꝰ filijs eſſe debet ꝙ pater: ſupplex
affectus cū hoīes dicūt pater noſter. Et quedā preſum-
ptio imperandi qua petituri ſumꝰ. Quid enī non det iā
filijs petentibꝰ: cum hoc ipſe ante dederit: vt filij eſſent:
Poſtremo q̄ta cura animū tangit: vt que dicit pater no
ſter: tanto pr̄e non ſit indignꝰ. Admonent̄ hic etiam di-
uites/vel genere nobiles ſm ſeculū: cū xp̄iani facti fue-
rint: nō ſuperbire aduerſus pauperes ⁊ ignobiles: qm̄ ſi
mul dicunt pr̄ nr̄: qd̄ nō poſſunt vere ac pie dicere niſi
Chryſo: ſe fratres eſſe cognoſcant. Hec Aug. Vñ et Chry. Quā
ta dñi circa nos dilectio: quanta miſericordia eiꝰ ⁊ pie-
tas: que nobis tante gratie munus indulſit/vt licent̄ do
minū ac deū nr̄m ſerui patrē dicere audeamꝰ: quo voca-
bulo nō iā tm̄ ſeruos/ſed etiā filios dei eſſe demōſtrat.
qꝛ ergo tanti muneris gratiā cōſecuti ſumus: quaſi filij
dei agere ⁊ cōuerſari debemꝰ: vt id nos eſſe qd̄ dicimur
ſpiritali actu ꝓbemꝰ: ne aliter agētes ꝙ dei filios cōue
Orādū ē nit/rei ſub vſurpatiōe tanti nominis teneamur. Docet
ꝓ oībus. aūt et generalē pro fratribꝰ facere orōnē: nō eī dicit pa
ter meus: ſed pater nr̄: vt ꝓ cōi. ſ. corpore precē fundas:
et vbiq̄ non tā ꝓpria cōmoda: ꝙ proximoꝝ req̄ras. Ab
hoc aūt ⁊ inimicitias interemit/⁊ ſuperbiam reprimit:
et inuidiā repellit/⁊ matrē bonoꝝ omniū charitatem in
troducit: ⁊ humanaꝝ reꝝ inequalitatē prorſus excludit:
⁊ iniuriā regis cū paupere equalitatē honoris oſtēdit:
ſi tñ in maximis ⁊ ad eternā gloriā neceſſarijs cōmunio
Nobili ne ſociemur. Cūctis enī vnā atq̄ eādē nobilitatē dona-
tas ⁊ gene uit deꝰ cū dignatꝰ eſt pr̄ oīm vocari. Hec Chry. Admo-
roſitas oī nemur hic ad fraternā vnionē ⁊ dilectionē: ſicut geniti
bus vna ab vno pr̄e celeſti per gratiā: ab vno etiā terreno ꝑ natu-
data. rā plaſmato et creato a ſummo patre celeſti: omnes etiā
de eodē luto formati: ne ſimus elati quaſi alij alijs cla-
Celi pro rioribus ſint orti natalibus. Per celos aūt intelligunt̄
ſanctis. ſancti et iuſti: qui templū dei ſunt: qꝛ in oībus ꝑ diuini-
tatis p̄ſentiā: eſt tñ ſpeciali mō in iuſtis ꝑ inhabitātem
gratiā/⁊ ſpecialiſſime excellentia eiꝰ relucet in beatis ꝑ
Auguſti. gloriā. Vñ Aug. Recte intelligit̄ qd̄ dictū eſt [pater no
ſter qui es in celis] in cordibus iuſtoꝝ eē dictū tanq̄ ī tē
plo ſancto ſuo. Simul etiā vt q̄ orat: in ſe quoq̄ ipſo ve-
lit habitare quē inuocat. Et cū hoc affectat teneat iuſti
tiam: quo munere inuitatur ad inhabitandum animum
deꝰ. Hec Aug. Vel [qui es in celis]. i. in ſecreto tue ma
Eſa. xlv. ieſtatis: q̄ adhuc celatur nobis. ſm illud Eſaie. Vere tu
es deꝰ abſcōditꝰ. In quo admonemur ⁊ ſanctos imita-
ri in conuerſatione: ac ſecreta et abſcondita petere. Vl'
in celis. i. in illa celeſti regione eterne beatitudinis: vt
commorationem vite preſentis velut peregrinā: et a pr̄e
nr̄o nos ſeparantē: horrentes/ad regionem ī qua patrē
noſtrū commorari letamur: ſummo deſiderio ꝓperemꝰ:
et ad illā tanq̄ ad patriā totā noſtram intentionem figa
mus. Admonemur etiā vt nihil admittamus eiuſmodi:
Deꝰ vbi- quod hereditate paterna nos priuet. Et per hoc qd̄ di-
q̄ eſt. citur eſſe in celis: nō excluditur quin ſit vbiq̄ ⁊ in omi-
bus locis: q̄uis enī vbiq̄ ſit totꝰ eſſentialiter/p̄ſentia-
liter/⁊ potētialiter: tñ dicit de eo [qui es in celis] vt in-
nuat ꝙ celeſtis pater celeſtes vult habere filios: et ideo
Chryſo. (vt ait Chry.) erubeſcāt ſe terrenis rebus ſubſternere:
qui patrē habent in celis. Item vt orantes celeſtia peta
mus: et vt in celis hereditatē filiorū dei cogitemꝰ. Itē
qꝛ in celis magis relucet ſue diuine operationis ptās ⁊
virtus: p̄cipue et potius dr̄ eſſe ibi ꝙ alibi: ſicut anima
Aie ſedes vbiq̄ eſt in corpore: intēſiꝰ tñ dr̄ eē in corde. Vl' ſm ali
os etiam dr̄ eſſe in capite: qꝛ ibi nobiles ſue operatiōes
magis videntur apparere. ¶ Iam nūc que ſunt appeten
Petitio da: videamus. Primū autē omnium q̄ petuntur. hoc ē.
prima. [Sanctificet̄ nomē tuū]. i. nomen tuum qd̄ in ſe et ſemꝑ
Sctīfica- venerabile eſt et ſanctum: glorificet̄ ac ſanctum et cele-
tio nomi- bre ſit: ⁊ oſtendat̄ in nobis/et in corde credendo ⁊ amā-
nis dei do: et in ore laudādo ⁊ predicando: ⁊ in opere bene viuē
do/vt ſcȝ noſtra vita et conuerſatione ſpūali ſanctꝰ ap-
pareas. Ita ergo dicitur ſanctificari ſicut clarificari ⁊
magnificari: nō in ſe/ſed ī nobis: nō enī petimꝰ ꝙ aliqua
ſanctitas ei de nouo accreſcat: quia hoc eſt impoſſibile:
ſed ꝙ ſanctitas que eternaliter ineſt: reluceat ampliꝰ in
creaturis: ac primo et principaliter queratur in operi-
j. Corin. x bus humanis. vt ſm apoſtolum. Omnia in gloriam dei
faciamꝰ. vnde Chryſo. Digna prorſus eiꝰ qui deū patrē Chryſo.
appellauit oratio. nihil omino priꝰ ꝙ pro illius gloria
ſupplicare. Dignare inquit in tam mūda nos conuerſa-
tione ſeruare. vt ꝑ nos cuncti te omnino glorificent. Si-
cut enim cū quis celi pulchritudinē aſpicit. dicit gloria
tibi deus: ſic etiā cum aſpicit alicuius virtutem: qꝛ ho-
minis virtus multo magis ꝙ celum glorificat deum.
Hec. chryſo. Vel [nomē tuum] ſcȝ paternitatis quo di- Nomen
ceris pater. ſanctificet̄. i. confirmet̄ in nobis ꝑ perſeue- dei.
rantiā et ſtabilitatē. ne a ſanctificatione noīs in aliquo
diſcrepemus. ſed patris nomē in nobis tanq̄ ī filijs vi-
ta ⁊ moribus oſtendamꝰ: vt nunq̄ per peccatū a filiatio
nis gratia ſeparemur. vel a nobis gratia ſeparetur filia-
tionis: ſed filij tui per gratiā ſemꝑ maneamꝰ: vt vere ſi-
mꝰ filij tui/quoꝝ tu pater eē dignaris. Vel [nomē tuū]
i. noticia tua ſanctificet̄. i. cōfirmetur in nobis per verā
fidē. vt tu deꝰ qui ī te ſanctꝰ es ſanctus habearis ab ho
minibus. et ita oībus innoteſcaris/vt nō exiſtimēt ali
quid ſanctius quod magis timeāt offendere. et quod di
ligentiꝰ ſtudeāt honorare. ¶ Deinde ſequitur ſecunda Petitio
petitio [Adueniat regnum tuū] ſcȝ eccleſie. i. manifeſte ſcd̄a ora-
tur hominibꝰ. vt tu qui nunc regnas/ſemꝑq̄ regnaſti ī tiōis dñi
terris/ab hominibus ignorātibus regnare ꝑcipiaris ⁊ ce.
cognoſcaris. q̄bꝰ regnū dei q̄uis nūq̄ diſcedat de t'ris/ De aduē
tamen abſens eſt. ſicut lux preſens abeſt cecis/et oculos tu regni
claudentibus. Vel [adueniat regnū tuū] ſcȝ gratie. quo dei.
quotidie regnas in ſanctis. qd̄ fit cū diaboli īperio ꝑ ex
tinctionem vitiorum de cordibus noſtris pulſo. tu in no
bis per virtutū flagrantiā incipias dñari. vt nō regnet
diabolus/aut mundꝰ/vel carnalis affectus/ſeu vllum
peccatum in nobis: ſed tu ſolus ſine illis. Vel [adueniat
regnum tuū] ſcȝ glorie. qd̄ preſtituto t'pe oībus eſt ꝑfe
ctis ac dei filijs generaliter repromiſſuȝ. Vbi deſideriū
noſtrū ad futurum regnum excitamus/vt nobis et ad
nos veniat/et in eo regnare mereamur. ¶ Nā velimus
nolimus vtiq̄ adueniet. ⁊ vtinā paratos inueniat. vnd̄
Chryſo. Hoc quoq̄ grauiſſimi omnino ſerui eſt/neq̄ ī Chryſo.
herere preſentibus/neq̄ magnum aliquid ea que vidē- Aduētus
tur putare: ſed ad partē ſemper vrgeri: ſemꝑq̄ in futura regni dei
geſtire. Quod certe de optima oritur cōſcientia. ⁊ mē optādus
te terrenis oībus exuta. Qui enī iſto amore ſuccendit̄/ bonis.
et hoc habet deſiderium: neq̄ huius opibus ⁊ benignis
inflari poterit. neq̄ aduerſis ⁊ triſtibꝰ humiliari: ſed tā
ꝙ in ip̄o celo habitans ⁊ cōuerſans: ab vtraq̄ erutus ē
inequitate. Et iterū. Sed magne fiducie et ſincere con
ſcientie eſt hoc dñi regnū. vt adueniat confidēter opta-
re. Et iccirco qꝛ vt regnū dei veniat ſemper oramus/ta
les nos in fide dñi ⁊ mādatis eiꝰ exhibere debemus/vt
futuro regno digni eſſe poſſimus. hec Chry. Et ſic re- Regum.
gnum dei eſt triplex: ſcȝ in eccleſia. ⁊ in aīa: atq̄ in vita dī triplex
eterna: nec poſſumꝰ ad deū venire per gloriam. niſi ip̄e
primo veniat ad nos ꝑ gratiā. Poſt hec ſequit̄ petitio Petitio
tertia [Fiat volūtas tua ſicut in celo ⁊ in terra]. i. ſicut tertia.
in angelis ⁊ electis/qui ſunt in celo perfecta eſt volun- Volunta
tas tua. vt volūtati tue cōformati/p̄ceptis tuis obediāt tē dei fie-
et tibi omnino adhereant. ⁊ inculpate ſeruiant/teq̄ per ri in celo
fruantur. ita fiat in hominibꝰ qui de terra ſunt ⁊ in terra et ī terra.
cōuerſantur. Vel [fiat voluntas tua ſicut in celo ⁊ inter-
ra]. i. ſicut in iuſtis/ita ⁊ in peccatoribꝰ: vt ad te/ſcȝ vnū
deū et verū conuertantur. et vniuerſi non ſuam/ſed tuā
faciant voluntatem. ac te credant omnia que videntur
vel aſpera vel proſpera pro noſtris vtilitatibus diſpen-
ſare. Tātum enī ſpiritualiter intereſſe videtur inter iu
ſtos ⁊ peccatores quātum corporaliter inter celum et
terram. et hoc accidit ex diuerſitate affectuū. Nā affe-
ctus iuſti eſt circa celeſtia. peccatorum aūt affectus ver
ſatur circa terrena. Vel [fiat voluntas tua ſicut in celo
et in terra]. i. ſicut in ſpiritu/ita ⁊ in carne. vt caro nō cō
cupiſcat aduerſus ſpiritū: ſed quēadmodū bonꝰ ſpiritꝰ
nō reſiſtat tibi/ita ⁊ corpus nō reſiſtat ſpiritui. et ꝑcon-
ſequēs nec tibi. et vtroq̄ oīa que odis/odiamꝰ. et q̄ di
ligis/diligamꝰ. et que p̄cipis impleamꝰ. De voluntate
dei ſic dicit Cyprianꝰ ſuper orationē dñicā. Voluntas Cypria.
dei ē quā xp̄s fecit ⁊ docuit. humilitas in conuerſatiōe. Volūtas
ſtabilitas ī fide. modeſtia ī v̄bis. in factis iuſticia. ī ope dei q̄ eſt.
ribꝰ miſericordia. in moribus diſciplina. iniuriā facere
nō noſſe: ⁊ factam poſſe tolerare. cum fratribꝰ pacē te-
nere. dñm toto corde diligere. amare in illo ꝙ pater ē. ti


Universidad del Rosario | Archivo Histórico

mere qꝺ deꝰ eſt.xp̄o nil preponere / qꝛ nec nobis quicꝗ̃
preposuit.charitati eiꝰ inſeparabiliter adherere.cruci
eius fortiter ac fidẽter aſſiſtere.quando de eiꝰ nomine
et honore certamen eſt exhibere in ſermone conſtantiã
qua cõfitemur:in queſtione fiduciã qua cõgredimur.in
morte patientiam qua coronamur.Hoc eſt coheredem
xp̄i velle eſſe.hoc eſt preceptũ xp̄i facere.hoc eſt volun
Petitio quarta. tatẽ patris implere.hec Cyprianꝰ.Deinde ſequit̃ quar
ta petitio[Panẽ noſtrũ q̃tidianũ da nobis hodie].i.vi-
Panis q̃tidianus. ctum quotidianum corpori neceſſariũ noĩe panis deſi-
gnatum.Et in hoc intelligunt̃ peti oĩa vite neceſſaria.
Auguſti. Unde Aug. Si ergo hic ſufficiẽtiã petimus a parte q̃
excellit.i.nomine panis totã ſignificantes. Panẽ ergo
dicit.non carnes.non piſces.i.non aliquod ſuperfluum
ſed tantũ quod eſt nature neceſſariũ.quod bñ ſignifica
Eccleſia. xxix. tur ꝑ panẽ.qꝛ ſm̃ Eccleſiaſticũ. Initiũ vite hoĩs aqua
⁊ panis.Et addit noſtrũ.vt nemo ſibi ꝑ alia approprˀet
Chryſ. qꝛ ſm̃ Chryſo.Oĩa q̃ nobis dat deus / ſiue orantibus/
Oĩa cõia ſiue militantibus.non ſolũ nobis dat: ſed etiã alijs per
nos:vt de eo qꝺ accepimꝰ a deo:partẽ impotentibus fa
ciamus.Qui ergo de laboribꝰ ſuis indigentibꝰ nõ pre
ſtat / non tantũ panẽ ſuum / ſed etiã alienũ mãducat.Et
Panis nr̃ qui de iuſtitia panẽ acquiſitũ mãducat:ſuũ panẽ mãdu
cat.qui aũt cũ peccato:alienũ. Nã illi deus dat panẽ:q̃
cum iuſtitia preparat.diabolus aũt ei q̃ preparat cum
Gregoriꝰ peccato.ſm̃ Grego. Noſtrũ hunc panẽ dicimus:⁊ tamẽ
vt detur oramus.dei enĩ eſt ex munere.quia ab illo dat̃
et noſter fit ex perceptione cũ accipit̃.Dicit autem quo-
tidianũ nõ annuũ:vel ad plures annos prouiſũ.et ĩ hor
reis reſeruatũ.quẽ matth.dicit ſuꝑſubſtãtialẽ.i.ſuper-
Cyrillus. additũ ſubſtãtie ad ſuſtẽtationẽ:Et ſm̃ Cyrillũ.Ex eo
etiam ꝙ quotidianũ alimentum iuſſit querere / videtur
ꝙ nihil concedat eos habere / ſed magis honeſtã colere
paupertatem. Non enim eſt habentiũ panẽ petere:ſed
oppreſſorũ penuria.Et ſubiungit[da nobis hodie]quia
nec minimũ habere poſſumus:niſi det ille qui dat eſcã
omni carni.Unde homo deuotꝰ tali mẽte debet ſumere
cibum:ac ſi ſibi de manu dñi preſentialiter miniſtretur.
Et addit[hodie].i.in preſenti. vel[hodie].i.illũ qui no-
bis hodie tantũmodo ſufficit.vt de craſtino non cogite
mus.qꝛ neſcimus ſi in craſtinũ proueniamus.O ſapiẽ-
tia vera ⁊ diuina prouidentia / que docuit et panẽ ſolum
petere / et hodie nominare.hoc enim dicto et auiditas
et auaricia tollitur:⁊ humane vite incertum inſinuatur
Uel[panem noſtrum quotidianũ da nobis hodie].i.pa-
nem ſpiritalẽ:ſcꝫ p̄cepta diuina q̃ quotidie oportet me
Ioh.vj. ditari et operari. Nã ꝺ ip̄is dñs dicit.Operamini cibũ
qui non perit. Quotidianꝰ dicit̃ iſte panis q̃diu durat
hec vita tẽporalis.Dictum eſt autem[da nobis hodie]
quod intelligitur ꝓ toto tempore huius vite humane.
In futura enim eis qui hic meruerũt non auferetur.qꝛ
Ioh.vj. cibo ſpiritali in eternũ ſaturabuntur. Uel[panem no-
Euchariſtia. ſtrum quotidianũ da nobis hodie].i.panẽ ſacramenta-
lem:et viuum qui de celo deſcẽdit.qui eſt ſuperſubſtan-
tialis.i.ſuꝑ oẽs ſubſtantias / et vniuerſam ſuperat crea
turã.qui panis noſter eſt in altari / et quotidie offertur
pro ſalute fideliũ.qui reficit animã naturam corporis
tranſcendẽtem.quo quotidie ad roborandum nos indi-
gemus:quia quotidie labimur / et ad lapſum proni ſu-
mus. Qui etiam vocatur quotidianus.quia quotidie
ip̄m ſumimus per miniſtros eccleſie / qui hoc ſacramen
Chryſo. tum percipiunt ꝓ ſe:et pro tota cõmunitate. vñ Chry.
Non ĩmerito ſemper orare debemus vt hunc panẽ cele
ſtem quotidie mereamur accipere / ne aliquo interueni
Panis triplex. ente pctõ a corꝑe dñi ſeparemur. Poteſt etiã adhuc de
alio triplici pane exponi:ſcꝫ doctrinali ſeu ĩtelligẽtie.lu
Eccl.xv. ctuali ſeu meſtitie.⁊ celeſti ſeu glĩe. De primo dicit̃.ci-
Ps.lxxx. bauit illũ pane vite ⁊ intellectus.de ſcꝺo.Cibabis nos
pane lachrimarũ.de tertio. Qui manducat panẽ in re-
gno dei.Et bene illa beata fruitio dicit̃ panis.qꝛ ſicut
panis corporalis ſatiat appetitũ edentis:ſic fruitio illa
Ps.xvj. ſatiat deſideriũ cõtẽplãtis.ſm̃ illud. Satiabor cũ appa
Petitio quinta. ruerit glĩa tua.¶ Poſt hoc ſequitur petitio quinta [Et
dimitte nobis debita noſtra]id eſt pctã q̃ nos debitores
pene cõſtituunt:⁊ quibꝰ obligamur ad penã.aut ſatiſfa
Debita nr̃a. ctoriã.aut purgatoriã.aut eternã.Debita inq̃ ⁊ pctã q̃-
cũq̃ ꝯtra te cõmiſimꝰ.vel cõtra ꝓximos.vel cõtra noſ-
metip̄os.Itẽ cõtra te patrẽ.⁊ ꝯtra te filiũ.vel cõtra ſpi-
ritum ſanctũ. Itẽ corde / vel ore / vel opere. vbi Cypria Ciprianꝰ
nus.Et ne quis ſibi quaſi innocẽs placeat / et ſe extollẽ
do plus pareat / inſtruit̃ peccare quotidie dũ ꝓ peccatis
quotidie iubetur orare[Sicut ⁊ nos dimittimꝰ debitori Dimittẽ debemus
bus noſtris]Ecce regula nobis ꝓpoſita ꝙ ſi volumus
nobis dimitti peccatũ noſtrũ / debemꝰ dimittere ꝓximo prius q̃
peccatũ ĩ nos cõmiſſũ.vt ſm̃ Grego.Bonũ qꝺ a deo cõ dimittet̃
puncti petimus / hoc ip̄m primo ꝓximo cõuerſi faciamꝰ nobis.
vnde Cyprianus.Qui ergo pro peccatis orare nos do- Gregoriꝰ
cuit / paternã miſericordiã ꝓmiſit:ſed plane addidit le Cyprianꝰ
gem / certa ꝯditione nos cõſtringẽs vt ſic nobis debitũ
dimitti poſtulemus ſm̃ qꝺ ⁊ nos ſibi debitoribus nr̃is di
mittimus.vnde et Chryſo. Non aũt dixit vt prius no- Chryſo.
bis deus dimittat / ⁊ poſtea nos debitoribus noſtris.
Scit enim deus hoĩes eſſe mendaces.qm̃ ⁊ ſi acceperit
remiſſionẽ pctĩ ſui / ip̄i ſuis debitoribus nõ dimittunt:
ideo ſic dicit vt prius dimittamus / et poſtea petamus
dimiſſionẽ.Et iterum.Hec igitur aĩaduertẽtes grates
agende ſunt debitoribus noſtris.fiunt enim nobis ſi ſa-
pimus cauſa indulgentie maxime / ⁊ pauca exhibẽtes
plurima recipiemus. Nam et nos multa debemus et
magna debita dño:quorũ ſi minimã partẽ a nobis vellet
exigere iã periſſemus.Hec Chryſo.¶ Sed quid de illo
qui non ſatiſfacere vult cũ poteſt.nec veniã poſtulare
cum nõ poteſt:ſane diſtinguendũ eſt. Is enim qui viaꝫ Dimitten dũ etiã nõ
perfectionis arripuit debet etiam non petenti veniam petẽtibꝰ.
omnimodis indulgere.nõ ſolũ rancorẽ animi dimitten-
do:ſed ſine ſatiſfactione iniuriarũ.ſine reſtitutiõe rerũ:
ſine interuentu precũ oĩa dimittere.et ex puro corde
diligere.et ad hoc tenẽtur perfecti / qꝛ ſic conſiliũ ẽ.Qui
vero nõdum perfectionis votum aſſumpſit.tenetur qui
dem rancorem animi dimittere.vt nec malum inimici
velit augeri.nec bonũ eius minui:ſed quod in eum deli-
quit / aliqualiter ſatiſfieri.⁊ ad hoc tenent̃ oẽs:qꝛ ſic p̄
ceptum eſt.Remiſſio ergo offenſe eſt de neceſſitate. qꝛ Remiſſio offenſe.
homo tenetur eſſe in charitate ⁊ oẽs diligere:ſꝫ remiſ
ſio iniurie nõ eſt neceſſitatis:ſed ſupererogationis. Si Remiſſio iniurie.
cut em̃ pecuniam ablatam non tenetur quis auferenti
dimittere:ſed poteſt eam repetere.ſic ꝓ iniuria ſibi illa
ta poteſt recõpenſationem per emendam petere ſm̃
ordinem iuſticie. Nam ſcꝺm Aug. Non loquitur de de- Auguſti.
bito pecunie ſiue iuſtitie exigende:ſed rancoris ⁊ inimi
citie nõ reinferende.Quia vero ſũt culpe in q̃bus culpa Culpe pu niende.
eſt vindictam relaxare.et ſi peccatum in nos teneamur
dimittere / peccatum tamẽ in deum / et peccatum in ꝓ-
ximum debemus punire.Unde Hiero. Si peccauerit Hieroni.
in nos frater noſter / et in qualibet cauſa nos leſerit:di-
mittendi habemꝰ poteſtatem / immo neceſſitatem.Sin
autẽ in deũ q̃s peccauerit / nõ eſt noſtri arbitrij.Nos ecõ
trario in dei ĩiuria benigni ſumꝰ.in noſtris cõtumelijs
exercemus odia.Hec hiero.Qui ergo laborat odio vel
ĩuidia:grauat̃ magis hac orõne q̃ iuuet̃ ea.Tale enĩ eſt
ac ſi dicat. Noli mihi dimittere pctã mea:qꝛ nec ego vo
lo alijs dimittere ſua.Ecce q̃tũ deteſtat̃ dñs fraternũ
odiũ cũ ita ꝯditionaliter ⁊ nõ aliter dimittat pctm̃ / ſi ſcꝫ
fratri dimiſerimꝰ. Nã vt ait Anſel. Indulgẽtiã nõ habe Anſelmꝰ.
bis niſi dederis.vt dicit Señ. Alteri ſemꝑ ignoſce:tibi Seneca.
ip̄i nũq̃.¶ Deĩde ſequit̃ ſexta petitio[Et ne nos ĩducas Petitio ſexta.
in tẽtationẽ]ſcꝫ carnis.vt nos nõ abſorbeat ꝑ voluptatẽ.
vel mũdi / vt nos nõ cõburat ꝑ cupiditatẽ:vel diaboli vt
nos non perdat ꝑ iniquitatẽ.¶ Eſt aũt tentatio duplex Tentatio duplex.
Una ſcꝫ ꝓbatiõis / ⁊ hac deꝰ ſanctos bene tẽptat.non vt
ip̄e per hoc de eis noticiã capiat:cui ante oẽs tentatio
nes q̃ſquis notiſſimꝰ eſt:ſꝫ vt ip̄i ſeip̄os ꝓbẽt / ⁊ ſibiip̄is
innoteſcant qui ſe neſciebãt.Alia ẽ tẽtatio deceptiõis:
⁊ hac deus neminẽ tẽtat:ſed fit a carne q̃ ſuggerit mol-
lia / ⁊ a mũdo q offert vana:⁊ ab hoſte qui ĩgerit amara:
ſed deꝰ bñ ꝑmittit in hãc induci ex cauſa. Unde eſt ſen- Induci ĩ tẽtationẽ
ſus[ne nos inducas].i.ne ꝑmittas nos induci in tenta-
tionẽ / ⁊ tentari ſupra id qꝺ poſſumꝰ ferre:ſed fac cum tẽ Exo.j.
tatione etiã exitũ / vt poſſimꝰ ſuſtinere:ne irretiti tenea Cori.x.
mur ⁊ ſuperemur eiꝰ fortitudĩe.q.d.Et ſi nos ꝑmittas
duci ꝑ ſenſuꝫ vt exercitemur / nõ tñ permittas induci per
cõſenſum vt ſuccũbamꝰ.Cauſaliter quidẽ efficiẽdo deꝰ Permiſſa a deo.
perſeipſum non inducit:ſed permiſſiue ⁊ deſerẽdo pati-
tur induci eum quẽ ſuo auxilio deſerit:ſicut cor pharao Exo.x.
nis indurauit.i.indurari permiſit.⁊ ſicut dicit̃ ꝙ nõ eſt Amos. xxx.
malũ in ciuitate qꝺ dñs nõ facit.i. qꝺ fieri nõ permittat.



Cyprianꝰ vbi Cyprianꝰ.Qꝛ in parte oſtendit̃ cõtra nos nihil ad-
uerſariũ poſſe:niſi deus ante permiſerit / vt oĩs timor
Duci ⁊ in duci in tẽ tationem. noſter et deuotio cõuertatur in deũ.Aliud eſt in tentatio
nẽ duci / ⁊ aliud induci. In tentationẽ em̃ ducit̃ qui a tẽ-
tatione pulſat̃:ſed non deijcit̃. In tentationẽ inducitur
qui tentationi ſuccũbit / et ab ea ſuperatur. Induci eĩ ẽ
intus duci et ſuccũbere.Oſtẽdit ergo nõ id a nobis orã
Tẽtari ñ eſt malũ. dũ eẽ vt nõ tẽtemur:qꝛ tẽtari nõ eſt malũ:ſed magis vti-
le / ⁊ ad virtutis exercitiũ qñ viriliter reſiſtitur. Nã ſine
tentatione nemo poteſt ꝓbatꝰ eſſe / ſiue ſibiip̄i / ſiue alij:
ſed ne deſerti eius adiutorio per blãda vel aſꝑa in ten-
tationẽ per conſenſum inducamur:ne alicui tentationi:
vel conſentiamus decepti / vel cedamus afflicti:⁊ ſic ab
Blãda facilꝰ deci piunt. ea deuĩcamur a deo deſerti. Sꝫ q̃ blãdis nõ decipitur /
etiã aſperis non deijcitur.qꝛ vt dicit Aug. Nemo frãgi-
tur rerũ aduerſarũ moleſtia / qui proſperarũ delectatione
non capitur.Et iterũ. Primo itaq̃ vitande ſunt delecta-
tiones / poſtea dolores.Quomodo enĩ ſuperare poteſt
mundũ ſeuientẽ / qui nõ poteſt blandientẽ? Sic ergo do
minus voluit nos ad ſe in tẽtationibꝰ recurrere / et non
Auguſti. de nobis p̄ſumere. vñ Aug. Uoluit ergo deꝰ a ſe poſci /
ne inferamur in tentationẽ:quod poterat nobis etiã nõ
orantibꝰ dare:qꝛ voluit nos ammoneri a quo hec bene-
Cyp̄anꝰ. ficia accipiamꝰ. In quo vt dicit Cypria. Ammonemur
infirmitatis ⁊ imbecillitatis nr̃e / ne q̃s ſe inſolenter ex-
tollat. vt dum precedit humilis et ſubmiſſa confeſſio / ⁊
dat̃ totũ deo quicquid ſuppliciter petitur / ip̄ſius pieta
Petitio ſeptima. te preſtetur. ¶ Poſt hoc ſequitur petitio ſeptima et vl-
tima[Sed libera nos a malo]ſcꝫ omni: vel innato qꝺ cõ
Malum mˡtiplex. trahimus.ſ.originali.vel adiecto qꝺ cõmittimꝰ.ſ.actua
li:vel inflicto qꝺ ſuſtinemus.ſ.penali.i.pena conſequẽti.
Malũ a q̃ liberari petimus. Uel a malo omni.ſ.viſibili et inuiſibili.i.culpe et pene:
vel a malo omni.ſ.preterito / preſenti / et futuro.¶ Et no
tandũ ꝙ hec petitio non intelligitur de malo culpe iam
perpetrate:qꝛ tunc coincideret cũ quinta petitione:ſed
culpe inſtãtis perpetrari poſſibilis / a quo malo liberari
nos petimus / ne videlꝫ peccemus. Itẽ nõ intelligit̃ de
malo pene future:qꝛ tunc coincideret hec petitio cũ ſe-
cunda / ſed pene p̄ſentis inq̃tum eſt nobis cauſa ⁊ occa
ſio ruine. Poteſt etiã accipi de malo pene future / ita ꝙ
petamus ſic nos liberari a malo preſenti: vt non ĩcurra-
mus malũ pene future.Et ab omnibꝰ p̄dictis petimus
liberari / orantes / et loquẽtes in ꝑſona eccľie. Sꝫ q̃ vult
a malis liberari / ſtudeat malis proximis compati:qꝛ
qui vult impetrare miſericordiã a deo / neceſſe eſt vt ex-
hibeat eam proximo.¶ Deĩde ſequit̃ cõcluſio totiꝰ ora-
Amen. tionis premiſſe.cum dr̃.[Amen].i.fiant omnia predicta.
Quo verbo deſideriũ orãtis exprimit̃:qꝛ eſt verbũ opta
tiuum reſpectu bonorũ precedentiũ / ⁊ optatio impletio-
Amen et alleluya cur inter p̄tata non ſunt. nis oĩm petitorũ.Hoc ꝟbũ amen additũ a iohãne:qꝛ an-
gelicũ eſt ſicut et alleluya nulla lingua preſumpſit tranſ
ferre.Hoc autẽ ꝟbũ eſt hebreũ:⁊ nec grecus interpres
auſus ẽ interpretari:nec latinus ꝓpter reuerentiam ſal
uatoris qui ad confirmãdã veritatem ſepe eo eſt vſus.
Sic manſit ⁊ non eſt interpretatũ vt honorẽ haberet ve-
lamẽto ſecreti:nõ vt eſſet negatũ:ſed ne vileſceret nuda
tum. Ponitur autẽ qñq̃ nominaliter vt in apoc. vbi dr̃.
Hec dicit amen.i.veritas.qñq̃ verbaliter.vt vbicunq̃
in pſal.dr̃.fiat fiat:idem eſt qꝺ amen amen:et ſic ponitur
in fine orationum vt hic:qñq̃ aũt aduerbialiter:vt ĩ euã
gelio vbicunq̃ dicitur.amen dico vobis.i.vere ⁊ fideli
Amen triplicẽ efficatiã hꝫ. ter.Habet autem hec dictio amen poſita in fine triplicẽ
efficaciã ⁊ virtutẽ. Nã cõcludit orationẽ:qꝛ ſm̃ Hiero.
Hieroni. eſt orationis ſignaculũ:vt ſicut per ſigillũ claudit̃ ſcri-
ptura / ſic ꝑ amen claudit̃ oratio.Recolligit etiam intẽ-
tionem:nã quando dicitur amen / intentio ſummatĩ fer-
tur ſuper omnia precedentia:et ſi aliquid ex fragilitate
humana per diſtractionem mentis ĩ orõne abſq̃ actua-
li intentione pertranſitum fuerit:ad id intentio redit di
cendo amen. Impetrat nihilominus exauditionem:eſt
Rabanꝰ. enim amen exauditionis nota ⁊ ſignũ. vñ Raba. Per h̄
ꝙ dñs dixerat amen:ſignat indubitanter illis a dño cõ
ferri omnia que rite poſtulant: qui ꝯditionis addite ſer
uare pactũ nõ negligunt:que quidẽ cõditio eſt dimitte-
Fiat. re debitoribꝰ noſtris de qua dictum eſt. Hec Raba. O
dñe parũ eſt ꝙ dixerim amen vel fiat optando:niſi tu di-
cas amẽ imperando.i.fiat.O magnificum et efficaciſſi-
mũ verbum fiat:hoc enĩ verbo tu pater ſumme in prin-
cipio.i. in ꝟbo tuo coeterno omnia creaſti.dixiſti et fa-
cta ſunt.hoc etiam verbo nos perditos reparaſti dicen
te illa ſanctiſſima reparatrice noſtra ad angelũ.fiat mi- Luce.j.
hi ſm̃ verbum tuum.O ſalutiferũ verbum fiat.o amen.
o fiat.o verbum oĩpotentie / verbum mire efficatie.
Eya mi dñe ieſu bone verbũ patris / cõple tu orationem
meam:perfice tu verba mea ꝑ te dictata / et in os meum
cõmendata.ꝑfice ea ⁊ dic amẽ.dic fiat. dic mihi ſicut di
xiſti illi mulieri ſirophenitiſſe.fiat tibi ſicut vis. O dul- Mat.xv.
cis amor ieſu.o dulcis veritas.o dulce amẽ.o dulce ver
bum fiat.fiat mihi ſm̃ verbum ſuum.fiat amen.Et ſciẽ- Petitiones a luca omiſſe.
dum ꝙ lucas omittit duas petitiões oratiõis dñice / ſcꝫ
tertiam ⁊ ſeptimã.qꝛ tertia cõtinetur in duabus prece-
dentibꝰ.⁊ ſeptima in ſexta. In ſctificatione em̃ anime q̃
petitur in prima / et in reſurrectione carnis que petitur
in ſecunda / implet̃ diuina volũtas que petitur ĩ tercia
Uel ſi gloriam dei principaliter queramꝰ:et participa
tionem regni eius / que continẽtur in duabus primis pe
titionibus bene voluntatem eius faciamus:et eiꝰ volũ
tas implet̃ in nobis quod cõtinet̃ in tertia.quia ad hoc
precipue voluntas dei tendit vt eius ſanctitatem cogno
ſcamus:⁊ cũ ip̄o regnemꝰ. Similiter ſeptima cõtinetur
in ſexta: vt ſciat vnuſquiſq̃ ſe liberari a malo cũ nõ indu
citur in tentationẽ. Si enim in tentationem non induci-
mur ei ſuccũbendo:ſcꝫ magis preualemꝰ reſiſtendo / bñ
liberamur a malo.Et ſic quod mattheus dicit explicite
Lucas cõplectitur ĩplicite. vt autem dicit Aug. Nõ ne Auguſti.
gligenter pretereundũ eſt ꝙ ex omnibus his ſententijs Ignoſcendi neceſſitatẽ oſtendit.
quibus nos dñs orare precepit:eam potiſſimum cõmen
dandam eſſe iudicauit que pertinet ad remiſſionem pec
catorum:in qua nos miſericordes eſſe voluit.quod vnũ
ẽ cõſilium miſerias euadendi. In nulla enim ſententia Paciſcimur cum deo.
ſic oramꝰ vt quaſi paciſcamur cũ eo. Dicimꝰ em̃ dimit
te nobis ſicut et nos dimittimus. In qua pactione ſi mẽ
timur / totiꝰ orationis nullus eſt fructus.Hec Aug.Uñ
poſt orationẽ ſubiungitur[Et cum ſtabitis ad orandũ /
dimittite ſi q̃d habetis aduerſus aliquẽ:vt ⁊ pat̃ veſter
qui in celis eſt dimittat vobis pctã veſtra]vt ait Chry. Chryſo.
Ideo celorũ ⁊ patris meminit / vt ex hoc ꝓuocet auditorẽ Similari deo.
Nihil em̃ ita deo aſſimilat ſicut iniuriam facientibus
ignoſcere. Inconueniens eſt autẽ ſi talis patris filius
exiſtens feralis efficitur:et ad celũ vocatus terrenũ quẽ
dam et vite huius proprium habet ſenſum / hec Chry.
[Si em̃ dimiſeritis] non retinẽdo rãcorẽ:non appeten
do vindictã[hominibus peccata eorũ]ſcꝫ in vos cõmiſſa
[dimittet vobis pater veſter celeſtis delicta vaſtra. Si
autẽ nõ dimiſeris hoĩbus:nec pater veſter dimittet vo
bis peccata vr̃a]Bene dicit veſtra / quia hec eſt ſola ope Pctã ſũt hoĩs ꝓp̄a
ratio hominis ⁊ poſſeſſio.ſ.pctm̃ / in malũ em̃ poteſt ꝑſe
non in bonũ.Ecce lex o homo tibi a dño poſita eſt. Si
enim dimiſeris: dimittetur tibi.ſi non dimiſeris nõ di-
mittetur tibi. vnde Cyprianꝰ. Excuſatio enim tibi nul Cyprianꝰ
la eſt in die iudicij:cũ ſm̃ tuã ſententiã iudiceris:⁊ quod
feceris hoc ip̄e patieris / vbi ⁊ Chry. Poſt implertã ora Chryſo. de venia danda.
tiõis formulã nulliꝰ prorſus mãdati meminit / niſi iſtiꝰ
certe quo ad dandum nos veniam concitauit. Ait quip
pe[Si dimiſeritis hominibꝰ peccata eorũ:dimittet ⁊ vo
bis pat̃ celeſtis peccata veſtra] Itaq̃ a nobis tota hec
res ſumit exordiũ:futurũq̃ de nobis in noſtra eſt pote
ſtate iudicium. Ne enim vel irrationabilis quiſpiam:
aut in magno aliquo: aut in exiguo delicto de iudicio
dei conqueri poſſet: ip̄m reum dominũ illius fecit eſſe
ſentẽtie.Quẽadmodum inq̃t tu ipſe iudicaueris:ita tibi
etiã iudicabo. Si eĩ dimiſeris cõſeruo tuo:a me q̃q̃ eã
dem gratiã cõſequeris.Et certe nequaq̃ iſtud equale ẽ
Tu em̃ remittis cũ ip̄e quoq̃ remiſſione indigeas. deꝰ
vero cũ nulliꝰ vnq̃ indigeat:ignoſcit. Tu ꝯſeruo remit
tis:deꝰ ſeruo.Et tu q̃dẽ mille pctõrũ reus:deus vero ab
oĩ pctõ extraneus.Et tñ ſic quoq̃ abundantiã ꝓprie
miſerationis oſtẽdit.quo nõ igitur digni ſupplicio ſu-
mus:cũ tali em̃ a deo poteſtate donata / ip̄i ſaluti noſtre
efficimur ꝓditores.Quẽadmodũ ꝟo in alijs cauſis vt
audiamur rogamus:q̃ nobis ea ip̄a quorũ dñi ſumꝰ nõ
ĩpẽdimꝰ. Nihil eſt qꝺ ſic dei ſimilis faciat vt malignis
atq̃ ledẽtibꝰ eſſe placabilẽ. Propterea ⁊ ꝑ ſingula q̃q̃ Cur pluralit̃ fiãt preces.
verba nos cõmunes fieri oratiões docet.dicẽdo pr̃ no-
ſter ⁊c.plurali vbiq̃ numero nos vti docens / vt ꝓximꝰ
ꝑ cũcta placatione veſtigiũ quidẽ in nobis iracũdie re



Universidad del Rosario | Archivo Histórico

linquamꝰ. Qꝛ ſi vniꝰ diei ſaltē vellemꝰ noſtra peccata dinumerare/tunc.optime diſceremus quātoꝝ rei eſſemus maloꝝ. Quis igitur veſtrū in oratiōe nō habet deſidiam? Quis nō ſuperbie eſt inflatus tumore? Quis nō inanis gloria aurula ventilatus? Quis non de fratre detraxit? Quis nō cōcupiſcentiam amiſit:malignā vel impudicis oculis aſpexit? Quis nō inimici cū paſſiōe animi recordatus eſt? Quis nō emuli ſui aut cruciatus eſt ꝓſperis/aut delectatus aduerſis? Verūtamē tot ac talium peccatoꝝ ꝯpendioſam nobis ac facilem deus viā liberationis dedit:totiuſqꝫ lab oris alienā. Quis enī labor eſt fratri indulgere merenti? Labor quidē in remittendo nullus/in retinendo vero inimicitias maximꝰ. Si qdē iracūdia liberari magnā menti reddit quietē/et valde hoc eſt facile volenti. Sufficit velle tantūmodo:⁊ omnia ꝯtinuo peccata deleta ſunt. Hec Chryſo. Igitur, vt ait augꝰ. Amplectenda eſt homini tam benigna cōditio vt dimittendo delicta aliena:diluat ſua. Nā ſm eundē multa ſūt elemoſinarū genera:quas cū facimꝰ adiuuamur vt dimittant̄ nobis pctā:ſed ea nihil maius eſt qꝫ cū ex corde dimittimꝰ quod in nobis quiſqꝫ peccauit.nec ſimus pigri ad dimittendū alijs.qui enī (vt ait Chryſo.) remiſit proximo:ſe prius qꝫ illū de reatibus liberauit. vñ ⁊ Grego. Si cogitauerimꝰ qm̄ non ei qui contriſtauit nos:ſed nobiſipſis largimur cito dimitteremus venenū ire. Ad dimittendū aūt alijs neceſſe eſt frenare irā/que frequenter nos ſtimulat ad vindictā. vñ Aug. Fratres mei exercete vos quātum poteſtis ad exhibendā manſuetudinē etiā erga inimicos vr̄os. Frenate irā q̄ vos ſtimulat ad vindictā. Si vindicare te vis de inimico tuo ad ipſam iram te cōuerte:quia ipa eſt inimica tua q̄ occidit aīam tuā. Oraturꝰ es deū/vētura eſt hora vt dicas pr̄ nr̄ q̄ es in celis. vēturꝰ es ad illū verſū. dimitte nobis debita nr̄a. Quid ſequit̄ ſic̄ ⁊ nos dimittimꝰ debitoribꝰ nr̄is. ibi illa inimica ſtat cōtra te. Sepit viā orōnis tue. Murū erigit:⁊ nō ē q̄ trāſeas. Nō ſeuias cōtra inimicū tuū:in iſtā ſeuias Melior ē q̄ vincit irā qꝫ q̄ capit ciuitatē. Nō potes illā interimere:potes iſtā repmere. Si fortis es irā vince/⁊ ciuitati parce. Hec Augu.

Auguſti.
Dimittendi et ignoſcendi meritum.
Chryſ.
Gregoriꝰ
Ira frenāda eſt.
Auguſti.

Oratio.

Expoſitio breuis orōnis dominice ꝑ ternas ꝑticulas.

Pater noſter excelſus ī creatione. ſuauis ī amore. diues ī hereditate. Qui es in celis ſpeculū eternitatꝭ. corona iocunditatis. theſaurus felicitatis. Sanctificetur nomē tuū. vt nobis ſit mel in ore. cithara in aure. deuotio in corde. Adueniat regnū tuū. iocundū ſine permixtione. tranquillū ſine ꝑturbatione. ſecurū ſine amiſſione. Fiat volūtas tua ſicut in celo et in terra:vt oīa que odis/odiamus. que diligis/diligamus. q̄ tibi placēt/impleamus. Panē noſtrū quotidianū da nobis hodie. ſcꝫ doctrinalē. penitētialē/virtualē. Et dimitte nobis debita noſtra. quecūqꝫ contra te cōmiſimus. aut cōtra ꝓximos. vel cōtra noſmetipſos. Sicut et nos dimittimꝰ debitoribꝰ noſtris. q̄ nos offenderūt verbis/vel ī perſonis. aut ī rebus. Et ne nos inducas in tentationem. mūdi. carnis. demonis. Sed libera nos a malo. preſenti. preterito. ⁊ futuro. Amen.

## ¶ De nō theſaurizādo in terra:ſed in celo. Ca.xxxviij.

Mat.vj.⁊ Luce.xij

Theſaurizandū nō eſſe in terris.

Deinde docens perfectum cōtemptū terrenoꝝ ꝓpter deū: ponit ꝓhibitionē de collocando theſaurū in periculo:ne ſcꝫ theſaurizemꝰ [in terra vbi erugo]. i. eris rubigo conſumit. ⁊ in hoc tāgit̄ corruptio diuitiarum artificialiū/vt auri ⁊ argēti:ac ceteroꝝ metalloꝝ [et tinea]. i. vermis [demolit̄] ⁊ in hoc tāgitur corruptio diuitiarū naturaliū:vt bladi/vini/veſtimentoꝝ ⁊ cōſimilium [vbi fures effodiunt ⁊ furantur] hoc dicit ꝓpter lapides precioſos:qui licet nō poſſint rubiginari. nec a vermibꝰ corrodi:tñ poſſunt a latronibꝰ tolli. Sed ve nobis quia totum contrarium facimus. vñ Chryſo. Quid dicam de illo mandato quo iubemur nō theſaurizare ſuper terram? quod forte quidem faciunt pauci. Ceteri vero quaſi econtrario audierūt preceptū: et quaſi dictū ſit ad eos theſaurizate omīmodis ſuper terras:ita relinquentes celū/adherent terre/et inſaniūt erga pecuniā cōgregandā. hec Chryſo. Deinde ſubdit ammonitionē de theſauro reponēdo in tuto:vt ſcꝫ theſaurizemus in celo. vbi nec erugo demolitur:quia ibi nulla vetuſtas/nec tinea. quia ibi nulla paſſibilitas. et vbi fures non effodiunt/nec furantur:quia ibi nulla violentia vel fraus. Excellentiſſimus modus theſaurizandi eſt quando bona tēporalia et tranſitoria in pios vſus conſumuntur. et ſic in bona ſpiritualia et eterna:et ꝑ conſequens in corruptibilia cōmutantur. Non ergo theſaurizemus in terra emolumenta terrenoꝝ: vbi recondita deficiunt et perduntur/et vnde ſumus exituri:ſed in celo premia meritoꝝ/vbi recōdita ꝓficiunt et ſeruantur. et vbi ſemꝑ ſumus manſuri. Vnde Hiero. Stulticia eſt illic theſaurū reponere vnde exiturus es/⁊ illuc nō premittere vbi ſemper victurus es. Illuc ergo ſubſtantiā tuam colloca: vbi patriam habes. vnde. et Grego. Iuſti hic edificare et theſaurizare negligūt/vbi peregrinos et hoſpites ſe eſſe cognoſcūt. nam quia in proprijs gaudere deſiderāt:in alieno felices eſſe recuſant vñ Chry. Qui em̄ collocat theſauros in terra non habet quod ſperet in celo. Vt quid ergo aſpiciet in celum vbi nihil repoſitum habet? Hec Chryſoſto. Quia vero vnuſquiſqꝫ illuc peruenire deſiderat vbi ſuas diuitias reconditas eē cognoſcit. beatꝰ ē qui diuitias ſuas ī celo repoſuit: vt ſemper ibi mentē habeat:ſemꝑqꝫ illuc omnibꝰ viribꝰ deſiderio tendat. quia vt ſubditur [Vbi eſt theſaurus tuus]. i. res a te amata ⁊ deſiderata:ibi eſt cor tuum et affectus tuus. Neceſſe eſt enim vt quo preceſſit dilectionis theſaurus illuc ⁊ cogitationis ſequat̄ affectus. Nā ſm Aug. Amor eſt anime pondus/portās eam quocūqꝫ ipſe fert̄:et anima verius eſt vbi amat qꝫ vbi animat. vñ Fulgentius. Vt ergo in celis theſaurizemus celeſtia diligamus: Vis noſſe vbi theſaurizas attende qđ amas: vis noſſe quod amas/attende quod cogitas. Ita fiet vt theſaurum tuum ex tuo amore cognoſcas/et amorē tuū iudicio tue cogitationis intelligas. et ideo vt dicit. Grego. In tot partes cor diuiditur quot ſunt ea q̄ diligunt̄. vnde ⁊ Chryſo. Ne theſaurizaueris theſauros in terra: tinee em̄ ⁊ vermibus ⁊ furibꝰ ea cōgregas. Si autem et hec effugeris nocumenta/et nihil horꝝ erit in ſeruitutē: redactum eſſe cor tuum et affixum eſſe inferioribus omnino non effugies. in ſeruitutē redactum eſſe intellectū egritudine hac multo difficilius eſt qꝫ habitare carcerē. Non paruā ſuſtinebis iacturā inferioribꝰ affixus:⁊ ſeruus ꝓ libero factus:et a celeſtibus bonis cadens/et nil excelſoꝝ cogitare potens. ꝓpter hoc ⁊ gentiles nō credūt his que a nobis dicūtur. de actibꝰ enī nō de ſermōtibus noſtris futuroꝝ volunt habere documentum. Nūc vero cū videant edificari a nobis ſplendidas domos:agros emi:balnea atqꝫ hortoꝝ amenitates parari:nolūt credere ꝙ ad alterius nos vrbis ꝑfectionē paremꝰ. Si enim (inquiunt) verū eſſet iſtud vendentes prorſus cuncta q̄ poſſident illuc profecto premitterent. Hec igit̄ cōſiderātes vincula tanti abrumpamꝰ erroris. Qui eī pecunie ſeruit/⁊ pſentibꝰ ꝯpedibꝰ ſtringit̄/⁊ futurꝭ paratur. Qui ꝟo iſtiꝰ cupiditatꝭ īmunis eſt:vtraqꝫ libertate potiet̄. Quā vt ꝯſequamur grauiſſimū auaricie cōterentes iugū ad celi faſtigia ſubleuemur. hec Chry. vñ ⁊ Anſel. Vileſcat tibi mundus. omīs amor carnalis ſordeat. Neſcias te eſſe in hoc mūdo. qm̄ ad illos q̄ in celo ſūt et deo viuūt tuū trāſtuliſti ꝓpoſitū. vbi ē theſaurꝰ tuꝰ:ibi eſt ⁊ cor tuū. noli cū argēteis ſimulachris vili marſupio tuo tuū icludere aīm/q̄ nūqꝫ cū nūmoꝝ pondere poterit trāſuolare ad celū. hoc aūt ſm. Hiero. Nō tm̄ itelligēdū eſt de theſauro pecunie:ſed vtilit̄ de cūctis voluptatibꝰ ac poſſeſſionibus. ⁊c. Guloſi deꝰ vēter eſt. luxurioſi theſaurꝰ epule ſunt. laſciui ludicra. amatoris libido. auari pecunia. ⁊ ſic itelligēdū ē ī alijs. huic eī cernit vitio vnuſquiſqꝫ q̄ vincit̄. ⁊ ibi hꝫ cor vbi theſaurū. ⁊ ad hāc ꝯuerſionē cordis ad amorē paſſionū ⁊ reꝝ hmōi. ſequit̄ auerſio a deo. Si ergo in celo eſt/mundū eſt. qꝛ munda ſūt celeſtia. Si aūt in terra volutat̄. i. ſi q̄d agat vt terrena ꝯſeqūtur:q̄uo mūdū eſt? vñ Aug. Sordeſcit aliq̄d cū inferiori nature miſcet̄. qꝫuis ī ſuo genere nō ſordidet̄:qꝛ etiā de puro argēto ſordidat̄ auꝝ ſi miſceat̄. ita ⁊ animus nr̄ terrenoꝝ cupiditate ſordeſcit/qꝫuis terrena ī ſuo genere mūda ſūt. Igit̄ vt ait Richar. Quecūqꝫ ī mūdo ꝯcupiſcis q̄cūqꝫ ī mūdo metuis/ipēde libēter ꝓ libertate cordis: qꝛ (vt dicit Aug.) totū mūdum dꝫ cōtēnere qui ſibi theſaurizat ī celo. Et ne timor ſurrepat diffidētie habēdi vite neceſſaria/cōſequēter excludit diffidētiā q̄ naſci

Theſaurizandi modus excellētiſſimꝰ.
Hieroni.
Gregoriꝰ
Chryſ.
Mali fruſtra reſpiciūt celū.
Auguſti.
Fulgentius
Gregoriꝰ
Chryſo.
Anſelmꝰ.
Hieroni.
Auguſti.
Sordeſcit viliori ꝯmixtū
Richardus.
Auguſti.



poſſet ex cōditione ꝓpria dicēs. [Nolite timere puſillꝰ grex]. i. cōgregatio humiliū [qꝛ cōplacuit pr̄i veſtro] celeſti [dare vobis regnū] nō q̄dē ob merita vr̄a:ſed ex mera liberalitate et bonitate ſua diuīa. Quaſi diceret. Ex quo regnū celorū paratū eſt vobis/parū debetis curare de terrenis. Non enim de vite neceſſarijs debet diffidere cui regnum vite ꝓmittitur/in quo omnis ſufficientia habet̄. Dicit̄ aūt grex ꝓpter fidei obedientiā:puſillus ꝓpter volūtarie pauptatis ⁊ humilitatis deuotionē/qua ꝑuenit̄ ad celeſtis regni poſſeſſionē. Vl̄ puſillꝰ đr grex electorū reſpectu maioris numeri reproboꝝ:qꝛ pauci erant fideles reſpectu infideliū/et pauci ſūt electi reſpectu reproboꝝ. Vtinā ⁊ ego merear de illis paucis vel minimꝰ eē/et cū eis regnū percipere. Perueni tur etiam ad regni opulentiam per cōſilioꝝ ſupererogationē quibus itur ad perfectionem: ⁊ ideo ſubiūgit dicens [Vendite que poſſidetis] etiam neceſſaria:et date elemoſynā:que ad idē regnū via eſt:facite vobis ſacculos. i. repoſitoria bonoꝝ/⁊ loca ad reponendum mercedē elemoſinaꝝ veſtraꝝ:que nō vetereſcunt/et deficiūt: ſcꝫ reponēdo elemoſynā in manꝰ paupeꝝ/qui vobis ꝑ hoſtes/et fures tranſeuntibꝰ pecuniā veſtrā vſqꝫ ad locū tutū portēt/ne eā amittatꝭ:theſaurū nō deficientē in celis/et eternis/qꝛ merces elemoſyne in eternū manet in celis. Nā fructus elemoſyne auget merita que ſunt theſaurus indeficiens in pr̄ia. Et ſi ꝑ elemoſynā habemꝰ in celo theſauꝝ meritoriū:ibi cor noſtrum ſuſpiret ⁊ expectat theſaurū premioꝝ. Deīde docet eos de oculo ſimplici habendo/qđ attēdere debemꝰ in omni opere nr̄o. vñ ait. [Lucerna corporis tui eſt oculus tuus.] Hic eſt locutio metaphorica:qꝛ corpꝰ morale hic accipitur pro congerie operationum: ſicut corpus materiale eſt q̄dā aggregatio mēbroꝝ diuerſoꝝ:⁊ ideo ſicut oculus materialis regit totū corpus materiale/et dirigit mēbra ad operandum: ſic oculus moralis. ſ. intentio regit totum corpus morale/⁊ dirigit varias operationes in finem. Ideo ſubditur [Si oculus tuus fuerit ſimplex]. i. intentio tua recta ſine plica ſimulationis et erroris [totū corpus tuū lucidū erit]. i. congeries operationū tuarū erit bona et meritoria:etiā ſi nō ita hominibꝰ videat̄/dū tñ opationes ſint bone de genere:vel ſaltē indifferentes ⁊ licite:aliter nō caderēt ſub recta intētiōe. Vñ Seneca. Nihil intereſt quo aīo facias qđ vitioſum eſt feciſſe:qꝛ facta cernunt̄:animus nō videt̄. [Si aūt oculꝰ tuꝰ neqꝫ fuerit]. i. intentio peruerſa [totū corpus tenebroſū erit]. i. cōgeries operationū obſcura per pctm̄/⁊ mala etiam ſi opationes ſint bone de genere et hominibus videant̄ recte:qꝛ opꝰ bonū de genere/efficitur malū ex peruerſa intentione. Vide ergo ne intentio tua ſit peruerſa:qꝛ ꝑ đ corrūperent̄ oīa bona. [Si enī lumen qđ ī te eſt tenebre ſūt]. i. ſi actio bona de genere que eſt quaſi quoddam lumē/efficit̄ mala ꝓpter defectū intentionis bone [ipſe tenebre quāte erunt?] quaſi diceret multo magis:qꝛ actio mala de genere q̄ ē quaſi q̄dā tenebra/ſi cū hoc ſuperueniat intentio mala/eſt multo deterior qꝫ prima. Qñ em̄ q̄ per ſe mala ſunt/etiā cū mala intentione fiūt:tunc duplex obtenebratio eſt:et praue intētionis/⁊ praue operationis. Nō ergo q̄d quiſqꝫ/ſed quo animo faciat cōſiderandū:⁊ primo circa puritatē intentionis laborandū ē: qꝛ ſine ipſa opus ſequēs nihil valet. Itaqꝫ ſi bonū bona intentione feceris/nō habens in tua cōſciētia aliquā ptē tenebroſe cogitationis/illuminat̄ etiā factū tuū qualēcūqꝫ exitū habuerit:⁊ illuminabit te. i. ſplendidū et fulgidū reddet:⁊ hic ꝑ ſplēdorē gratie/⁊ in futuro ſplēdore glorie. Et ſi bñ alicui ꝓueniat ꝙ tu nō recta ⁊ munda intētione facis:quomodo tu feceris tibi iputat̄:nō quomodo illi ꝓuenerit. Igit̄ caue ne ipſa cordis intentio q̄ lumen eſt aīe vitioꝝ caligine fuſcet̄:vt oculꝰ ſimplex totū corpus faciat lucidum:q̄tenꝰ q̄cq̄d feceris: facias ꝓpter deū/⁊ ad locū vñ exeūt gratie redeāt/vt iteꝝ fluāt Et qꝛ aliquis cupiēs aſſequi terrena et celeſtia poſſꝫ dicere ꝙ recta ⁊ ſimplex poteſt eē intētio:vt q̄s agat et propter tēporalia:et ꝓpter deū bona que agit:hoc remouet exēplo duoꝝ cōtrarioꝝ dñoꝝ:qꝛ [nemo poteſt ſuire duobꝰ dominis]. ſ. cōtrarijs ⁊ diſparatis/⁊ non ſubalternatim poſitis. Nā (vt ait Beda) Non valet ſimul tranſitoria et eterna diligere. Et (vt ait Augu.) Vnus oculꝰ nō pōt videre in celo et in terra. Vñ et Cyprianꝰ. Mundi amor ⁊ dei pariter in vno habitare non poſſunt. quēadmodum oculi celū ⁊ terrā nequaqꝫ cōſpiciunt. Sicut autem dicit philoſophꝰ in libro de aīalibꝰ. Aues claudūt oculos cū palpebra inferiori. aīalia vero groſſa cū palpebra ſuperiori. Per aues intelligunt̄ viri ſpūales qui ad inferiora et terrena oculos claudunt. per aīalia vero groſſa intelligunt̄ viri mundani q̄ habēt oculos clauſos ad celeſtia/⁊ apertos ad terrena et ſecularia. ſm Chry. Duos dñs dicit qui cōtraria iniungūt. plures aūt idem iniungētes nō ſūt plures ſed vnū. Nā cōcordia multos facit vnū. Iſti dñi quibus nō poteſt ſimul ſeruiri ſunt vitia ⁊ virtutes:celeſtia ⁊ terreſtria. deꝰ ⁊ diabolus. caro et ſpūs. nā ad cōtraria trahūt ⁊ cōtraria iniūgūt. ⁊ ideo cōſequens eſt vt vnū deſerat/et alteri obtēperet. Vnde quaſi declarādo ſubiūgit. Nō poteſtis deo ſeruire ⁊ māmone. Māmona māmone ſyriace dicit̄ diuitie latine. ⁊ māmon māmonis nomē eſt demonis q̄ preeſt diuitijs ⁊ tentat de vitio cupiditatis. nō ꝙ in eius ditione ſint diuitie vt dare eas poſſit vel auferre niſi q̄ñ deꝰ ꝑmittit:ſꝫ ꝙ his vtat̄ ad decipiendū ⁊ irretiendū homīes laqueis quos in diuitijs pretēdit. Et licet hō non poſſit ſeruire deo ⁊ diuitijs:poteſt tñ ſeruire cū diuitijs. Diuitijs em̄ q̄ ſeruit:illi vtiqꝫ ſeruit q̄ de cupiditate diuitiaꝝ tentat et decipit. Ille aūt diuitijs ſeruit qui eas ꝓpter ſe/⁊ vt finem vltimū diligit:aut q̄ eas cupide acquirit/vel auare retinet:⁊ vt ſeruꝰ cuſtodit. Ille aūt q̄ in opibus pijs diuitias expendit/nō ſeruit diuitijs:ſed magis diuitie ſeruiūt ei/quia eas diſtribuit vt dñs/et eis vtit̄ ad opa virtutū ſicut inſtrumētis. nā ſm Ambro. Sicut diuitie ſunt īpedimēta īprobis:ita probis ſunt adiumēta ꝟtutꝭ vñ Chryſo. Duo ergo ſunt nobis dñi ꝓpoſiti. deꝰ/⁊ māmona. i. diabolus qui māmone eſt auctor. Ille nos ad miam ꝓuocat:hic ad auariciā. Ille ad vitā:hic ad mortē. Ille ad ſalutē:hic ad perditionē. Cui đ duobus optēperare debemꝰ? Ei vtiqꝫ qui nos ad vitā inuitat:nō ei q̄ nos trahit ad mortē. Quid enī terribiliꝰ eſt qꝫ ſi ꝓpter pecunias a xp̄i ſeruitio dicamur excidere. vel deſiderabilius qꝫ ſi deſpectu pecuniarū tota illi poſſumus mēte et dilectiōe ꝯiungi. Hec Chryſo. Et cū nullo modo poſſit q̄s duobus dñis ſeruire:multi tñ fatui conātur ꝯtra hanc īpoſſibilitatē. Similes illis de quibꝰ in libro regū dicit̄. ꝙ fuerūt gentes deū timētes/et nihilominus idolis ſeruiētes. Et ſciēdū ꝙ diligere diuitias ꝓpter ſe/⁊ deū ꝓpt̄ ſe:⁊ vtrūqꝫ vt finē vltimū vt ī hoc ſeruꝰ vtriuſqꝫ dicatur eſt īpoſſibile. licet poſſit vnū in ordine ad aliud appetere. puta diuitias propter deū. Actio ergo corpalis poteſt referri ad finē temporalē:dūmodo poſtea illđ tpale referat̄ ad deū. Si aūt in actionibꝰ finis ꝓximus ponat̄ deꝰ/⁊ finis vltimꝰ tpale ꝑuerſiſſimū eſt. Quecūqꝫ enim res propter aliud aliq̄d querit̄ inferior eſt qꝫ id ꝓpter qđ querit̄. vñ bene licet ꝯſtituere duos fines: ſcꝫ tēporalē/⁊ eternū:⁊ finē ſub fine ponere. vt illud qđ ē eternū finis vltimꝰ ſit:qꝛ vna intētio multos actus informat Diuerſi vero fines quoꝝ vnꝰ ſit ad alium referibilis nō ſūt faciendi. ¶ Poſt hoc cōcludēdo inducit. vt de victu et veſtitu q̄ neceſſaria ſunt non ſollicitemur:loquēs ad diſcipulos ſuos quos ſpecialiter ad mūdi cōtēptū inuitat. hec em̄ ſpecialiter dicūtur apl̄is/eorūqꝫ ſucceſſoribus ⁊ ceteris oībus q̄ ad ſummū ꝑfectionis culmē attīgere cupiūt. nā talibus nulla terrenoꝝ bonoꝝ ſollicitudo eſt. qꝛ habētes victū ⁊ veſtitū his cōtenti ſunt. Hec omīa dicunt̄ hic ad tollēdū a predicatoribꝰ euāgelij ſollicitudinē ſupfluā de neceſſarijs quantum ad preſentē vitam. Vnde ne dicerēt qualiter poterimꝰ viuere ſi oīa abiecerimꝰ. iccirco inferendo intentum ſuum ex pmiſſis ſubiungit [Ideo dico vobis ne ſolliciti ſitis] ſollicitudine ſupflua ⁊ inordinata [aīe veſtre]. i. vite aīali. q̄ cibo ſuſtētatur [quid māducetis] vel bibatis [neqꝫ corpori veſtro quid induamini] Quaſi diceret. Si vultis deo ſeruire oportet renunciare māmone in nimia temporalium ſollicitudine. nō ait. ne laboretis:ne curetis:ne queratis de cibo/aut potu/aut veſtimēto:ſed ne ſolliciti ſitis vt vitioſam ſollicitudinē ꝓhibeat que mētē perturbat:et ab eternis retrahit/ſeu reuocat: et vt neceſſariū ꝓcedat. vñ Beda. Precipit̄ nobis ne ſolliciti ſimꝰ quid comedamꝰ:et qꝛ in ſudore vultus preparamꝰ nobis panem/labor exercendus eſt:ſollicitudo precauenda. vñ ⁊ Chryſo. Nō em̄ ſollicitudinibus ſpūalibꝰ:ſed laboribꝰ

Puſillus grex.
Elemoſina ad celos via ē.
Corpus morale.
Seneca.
Vitioſū quocunqꝫ aīo fiat turpe eſt.
Intentio ꝯſideranda eſt.
A
Dñiſ duobus ſuire nemo pōt
Auguſti.
Cyprianꝰ
Oculos claudēdi modus.
Chryſo.
Duo dñi.
Māmōa
Māmon nomē eſt demonis
Seruire deo cū diuitijs potes
Seruire diuitijs.
Ambroſi.
Chryſo.
iiij. Re. xvij.
Fines duos cōſtituere licet.
Sollicitudo tollēda
Beda.
Chryſo:



Universidad del Rosario | Archivo Histórico